BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
5 F
17

M

R. II ed. To. II p 166 n 3

5. 13. 8. 10

EPITOME

ORTHOGRAPHIAE ALDI. MANVTII. PAVLLI. F. ALDI. N.

Ex
- *Libris antiquis*
- *Grammaticis*
- *Etymologia*
- *Graeca conſuetudine*
- *Nummis ueteribus*
- *Tabulis aereis*
- *Lapidibus*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Reliqua vi. pagella indicabit

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS. CIↃ. IↃ. XC.
Apud Aldum.

PRAESTANTI . VIRO
IVRIS . VTRIVSQVE SINGVLARI COGNITIONE ORNATO
FRANCISCO . MORANDO

Aldus Manutius Paulli F
S. P. D

NVMQVAM eorum inſtitutum probaui, qui eo animo ſe ad litteras conferunt, ut, praeter ſuam utilitatem, nihil curent. quo enim pluribus communicatur, eo nobilior eſt Virtus. Accedit illud, quod fama nominis noſtri & propagatur ſcriptis, & perpetuo cuſtoditur: qui eſt uberrimus, ac praeſtantisſimus litterarum fructus. quamobrem eo ſemper cogitationes meae ſpectarunt, ut ea praeſtare poſſem, quae ſtudioſis omnibus utilitatem aliquam afferrent, meumq. nomen poſteris etiam proderent. in quo Aui mei, Parentisq. ueſtigia cum ſequar; ſi me dignum utroq. non praebuero; imbecillitas ingenii mei culpam ſuſtineat; uoluntas qui-

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

dem reprehendenda non uidetur. Quae uero praeſtare mihi licet, ea omni meo ſtudio, diligentiaq. & curaui antea & curabo donec uiuam. quod quidem aetatis meae eſt, ut recte, & emendate ſcribendi ſcientiam quam uocant Orthographiam, conſequerer in hoc elaboraui diligenter: quaeq. aliquot menſium ſtudio collegerim, nunquam edere auſus eſſem, niſi tua me ſingularis auctoritas, FRANCISCE. MORANDE, uir omni laude praeſtans, in hanc mentem impuliſſet; cur enim tibi non obtemperarem, cuius & ſubtile iudicium, & eximiam doctrinam quotidie Pater meus in ore habet? qui nos ita diligis, ut de noſtris ornamentis, atq. commodis, nemo laboret magis? quem omnes boni, ac eruditi uiri, ſemel allocuti, ob ingenium, probitatem, comitatem, tanti faciunt, ut amicitiae tuae nihil anteponant. Quae cum accurate cum animo meo conſiderarem, putaui faciundum, ut haec noſtra quaecunq. ſint, tuo nomini inſcripta emitterem; quod eſſet, primum, ſtudij in te mei perſpicuum argumentum apud omnes; deinde, firmiſsimum aduerſus eos praeſidium qui, alienae laudis inimici, libentius improbant, quae excuſari tamen aliqua ratione poſſunt, quam laudant, ſi quid laude dignum eſt. Ego, dum tibi, tuiq. ſimilibus, non diſpliceam,

quid

quid reliqui ſentiant, parum laboro. nam, ut omnibus eadem probentur, fieri uix poſſe arbitror. In hoc libello conſuetudinem Antiquorum indicaui, ut eos, in ſcribendo, liceat imitari. uſus ſum lapidum, nummorum, ueterumq. librorum teſtimonio: etymologiaę rationem oſtendi: neque Graecam ſcripturam neglexi, quae interdum obſcuram ueritatem illuſtrat. Quae ſtudioſis non inutilia fortaſſe, tibi quidem, pro tua, in me, Patremq. meum, beneuolentia, cui parem eſſe noſtram uelim credas, iucundiſsima fore non dubito. Atque hac ſpe excitabor ad ea, quae praeſtantiora ſunt: quae ſi conſequar, affirmo tibi, nihil antiquius me eſſe habiturum, quam ut ad tuam laudem omnia mea ſtudia, omnem curam, induſtriamque, conferam. Interim, ne meum animum ex hoc tenui munuſculo, ſed, ex animo rem ipſam ut ſpectes, etiam atque etiam rogo

Venetijs, MDLXI. Kal. Ian.

Interpungendi Ratio

Notarum ueterum explanatio

Kalendarium uetus Romanum, e marmore deſcriptum, cum Paulli Manutij, Patris, commentariolo, de ueterum dierum ratione, & Kalendarij explanatione

Aldi Manutij, Aui, de uitiata Vocalium, ac Diphthongorum prolatione

De conſcribendis epiſtolis, Aldi Manutij, Pauli F. Aldi N.

A

A pro Ab 1
Abijcio 1
Accedo 96
Accenſus 1
Accerſo 1
Accipio 96
Accius, familia Romana 2
Accommodo 96
Accumulo 96
Acilia, gens Romae 2
Acius 3
Actius 3
Actium, promontorium 3
Adijcio 1
Admodum 153
Adoleſcens 3
Adſciſco 4
Aebutia, familia Romana 4
Aeditimus 4
Aedituus 4
Aedui, Galliae populi 5
Aemilius 5
Aequicoli, Italiae populi 6
Aerumna 6
Aeſernia 6
Aetherius 6
Afficio 1.8
Affinis 8
Africa 7
Aggredior 8
Agragantum 8
Ahala, Seruiliorũ cognomen 8
Ahenobarbus, Domitiorum cognomen 9
Aleſia, opidum Mãdubiorũ 9
Alia, flumen 10
Alica 10
Alimentus, Cinciae gentis cognomen 10
Aliſſequus 145
Alitus 10
Allectus 11
Allienus, cognomen familiae Romanae 11
Aliſae, opid. in Campania 11
Allium 11
Allius 12
Alucinor 12
Ambibariti, populi 12
Amoenus 12
Anicius 13
Annaeⁿ, familia Hiſpaniae 13
Anneius, familia Romana 14
Antea quam 155
Antlare 14
Anulus 15
Apenninus 15
Apicius 15
Apollo 15
Appaeus 16
Appuleius, familia Romana 16
Apulia 16
Apulus 16
Aquillius 17
Arena 17
Aricia 18
Ariſta 18
Arretium 18
Arrius, familia Romana 19
Arrũtius 20
Arius 21

Aſſtitis 145
Ateius, familia Romana 21
Atilia, gens Romae 21
Atius, familia Romana 21
Atratinus, cognomen Sempro-
niae gentis 22
Attis 22
Attius, poeta 22
Attius, augur 22
Attuli 22
Atuatuca 23
Aucilius 3
Auctor 23
Auctoritas 23
Aula 23
Aurifex 23
Aurufex 23
Autius 24
Auromatarius 24
Autronius, fam. Romana 24

B

BAEBIVS 25
Baetica, prouincia 25
Baliares 25
Baliaricus 25
Balneum 26
Balineum 26
Bellua 26
Bibliotheca 26
Blaeſus, cognomen Sempronio-
rum 26
Bracchia 27
Britannia 27
Brundiſium 27
Bruttij, Italiae populi 27
Bruttius 28
Bucina 28
Bybliotheca 26
Byzacium 28
Byzantium 28

C

CAECILIVS 29
Caecina 30
Caelebs 30
Caelo, as 30
Caelum 30
Caenum, pro Limo 31
Caepio, Seruiliae gentis cogno-
men 31
Caerellius 31
Caerimoniae 31
Caeruleus 32
Caeſellius 32. 45
Caeſena, urbs florētiſſima 32
Caeſetius, familia Romana 37
Caeſius 38
Caeſonius 38
Caeſtus 38
Calidius 38
Calidon 39
Callidianus 38
Calpurnius 38
Camara 39
Cariſius 39
Carthaginienſis 40
Caritas 40
Carus 40
Caſtellius 41
Caſilinum 41
Catius 41
Catullus, Valeriorum cogno-
men 42

Ca-

Catul·,Lutatiorũ cognomẽ 42
Cauſſa 42
Cedrus 43
Cella 43
Celo pro Occulto 44
Cena 45
Centho , cognomen Claudiae gentis 44
Centumalus 44
Cephallene,Inſula 44
Cera 45
Cerialia 45
Ceſellius 32.45
Ceſtianus 45
ceſtius 45
ceſtus 45
Cetera 46
Cipus,Genuciorũ cognomẽ 46
Circumductus 46
circumſaeptus 46
circumuenio 46
circumuentus 46
cius , terminatio deriuatiuorum 46
cloaca 47
cnaeus,praenomen 48
Cocceius 48
Coelius 48
coepi,pro incepi 49
collega 49
comiſſatio 50
comprehendo 50
concio 50
condemno 50
condicio 51
conficio 51
coniux 52
connubium 55
conſidero 56
conſumo,is 56
conſummo , as 56
conuicium 56
corona 56
coruncanius 57
culcita 57
cunctari 57
curſrix 176
cydonia 57

D

DAMARATVS,praenomen patris Tarquinij Priſci 58
Decula 58
Definitio 58
Deſignator 58
Deliciae 58
Delectus 59
Delmatae 59
Deminuo 59
Deſidero 59
Doeceſis 60
Difficillimus 75
Diſsicere 60
Dolabella, cognomen Corneliorum 68
Domitius 68
Duilius 70
Dumtaxat 170
Durocortorum 70

E

ECLOGA 71
Epiſtola 71

Epicu-

Epicurius 7
Etruſcus 72
Eulogium 72
Exantlare 74
Exhilaro 72
Exhodus 72
Expoſco 72
Exprimo 72
Exſatio 72
Exſaturo 72
Exſcribo 73
Exſilio 73
Exſoluo 73
Exſpecto 73
Exſto 74
Exſtruo 74
Exſudo 74
Exſulo 74
Exſupero 74
Exſurgo 74
Extundo 72

F

FABRICIVS 75
Fabrum 74
Facillimus 75.95
Faeſulae 75
Faliſci, populi 76
Faex 76
Fannius, familia Romana 76
Fecundus 76
Felix 76
Femina 81
Feneror 81
Fenum 81
Fenus 81
Feſcenninus 82
Fetiales 82
Fetus 83
Flamen 83
Flameus, color 83
Flamininus, Quinctiorum cognomen 83
Flaminius, gentis Romanae nomen 83
Flamma 83
Foedare 83
Foedus 83
Foſſrix 176
Frentani 84
Frenum 84
Fretum 84
Fuficius 84
Fufidius 84
Fuſius Kalenus 85

G

GENITRIX 85
Genucius, familia Romana 85
Genicius 85
Glaeba 85
Gothi, populi 85

H

HADRIA 86
Hadrianus 86
Haedi 89
Halicarnaſſus 89
Hannibal 89
Hariolus 89
Haruſpex 89
Haſta 90
Haue 90
Hecate 90
Hebe,

Hebe, dolentis 91
Heluo 91
Heraclea, Sintica 91
Herennius 91
Hereditas 91
Heres 91
Hibernum 92
Hiberus 92
Hiems 93
Hilarus 93
Hirtius 94
Holera 94
Holus 94
Hortī 94
Humillimus 95
Hypſaeus 95

I

IACETANI, *populi* 96
Iapudes, populi 96
Iccirco 96
Idaea, epithetum Matris magnae Deum 96
Idea, pro mentis conceptu 96
Ideo 168
Iguuium 96
Illic 96
Illuſtris 97
Imber 97
Immo 97
Imperioſſus 97. 182
Inceſtus 97
Inchoo 97
Increbeſco 99
Increbuit 99
Indutiae 100
Infitior 101
Inprimis 101
Interlunium 101
Internundinium 101
Irritare 101
Iſtic 101
Iſtius portus 101
IV. pro IIII 102
Iucundus 102
Iuppiter 102
Iuriſconſultus 104
Iuriſdictio 104
Iuuentius, familia Romana 104

K

KAESO, *praenomen Fabiorum, Quinctiorum, Atiliorum, & Aemiliorū* 106
Kalendae 106

L

LACRYMAE 108. 171
Laeca, Porciae gentis cognomen 108
Laelius, familia Romana 109
Laena, genus ueſtimenti 109
Laenas, Popilliorum cognomen 109
Laetorius, familia Romana 109
Laeua 109
Laeuinus, cognomen Valeriae gentis 109
Lapicidina 109
Lariſa 110
Laterna 110
Laena 110
Lemannus, lacus 110
Letum 110

Lici-

Licinius 111
Ligula 111
Ligurrio 112
Ligur, cognomen Aeliae gentis 112
Limetanus, cognomen Mamilij 112
Liſſum 112
Litterae 112
Litus 112
Lucceius 112
Lucilius 113
Lurgauonenſes 113
Luſcinus, Fabriciorum cognomen 113
Lutatius, familia Romana 113

M

M; uel, M; uel, M; vel M pro Manius 114
Maecenas, Cilliniorum cognomen 115
Maecius 115
Maelius 116
Maenius 115
Maereo, triſtor 115
Maeſius 116
Magalia 116
Magnopere 127
Malleolus, cognomen Publiciorum 118
Mamilius, familia Romana 116
Manilius, familia Romana 116
Manlius 116
Mapalia 116
Marcius, familia Romana 116
Martialis 118
Maſſani, a, Numidiae Rex 119
Matho, Pomponiorum cognomen 119
Mauretania 119
Maximillianus 119
Maximopere 127
Memmius 119
Meſcinius 120
Meſſalla, cognomen Valeriorum 120
Metius 120
Mettius 120
Minatia, familia 120
Minatius Magius 121
Minucius, familia Romana 121
Minicius 121
Miſtus, a miſceo 121
Moecher 122
Moenia 122
Moeſia prouincia 122
Montuoſus 122
Monumentum 122
Mucius 123
Mulsa 124
Mummius 124
Munatius 124
Murena 124
Muſa 122
Myſia 122

N

NAE, pro, certe 125
Naeuius 125
Namque 128
Nautius, familia Romana 125

Ne dum 126
Nec dum 126
Neſas 126
Negligo 126
Negotium 126
Nihil dum 126
Nimiopere 126
Non dum 126.127
Non numquam 126
Norbanus 127
Numicius 127
Nummus 127
Numquam 128
Nuncius 128

O

OBIICIO 1
Obſcenus 129
Oſficio 1
Onus 129
Opidum 129
Oportet 130
Opperior 130
Opportune 130
Optimus 23
Optumus 23
Oſiſimi, populi 130
Oſtia 131
Oſtium 131
Otacilius 131
Otium 131

P

PAENE, pro, fere 133
Paenitet 133
Paenula 133
Paenuria 133
Paetus 133
Palaeſtra 133
Palilia 135
Palpebrae 133
Papirius 134
Papus, cognomen Aemiliorum 134
Parcimonia 134
Parilia 135
Parricida 135
Patricius 135
Paullulum 135
Paullum 135
Paullus, cognomen Aemiliae gentis 136
Pecunia 138
Pediſequus 145
Pedius, familia Romana 138
Peducaeus 139
Penitus 139
Pennus, cognomen Iuliae gentis 139
Penarius 139
Pennarius 139
Perbelle 153
Perdocte 153
Perennis 139.169
Perperna, cognomen familiae Romanae 139
Petillius, familia Romana 140
Petius 140
Phoebus 140
Pignus, pigneris, dicebant ueteres 141
Pign⁹, Pignoris, poſteriores 141
Piraeeus 141
Plaetorius, familia Romana

na 141

Plancianus 141

Plautius, familia Romana 141

Poblicius 149

Poena 142

Poetelius 142

Polla 142

Pollio, cognomen Aſiniae gentis 142

Pomerium 143

Popillius 143

Poplicola, cognomen P. Valerij 144

Poppaeus 144

Porcius, familia Romana 144

Poſtea 168

Poſtea quam 155

Poſtridie 145

Poſtumius, familia 145

Poſtumius, cognomen 145

Praemefero 146

Praeſefert 146

Praetefers 146

Praeterquam 168

Praeſertim 146

Praeſtinguere 146

Prenſus 147

Pretium 147

Prius quam 155

Pro 147

Procilius 147

Proconſul 147

Proelium 149

Propterea 153.168

Propterea quod 155

Proſcenium 149

Publicius 149

Publilius, familia 150

Pupius 150

Q

Q. 152

Quaecumque 128

Quam doctiſſimus 153

Quamobrem 146.153.168

Quamplures 153

Quamplurimum 153

Quamprimum 153

Quamquam 128

Quantulacumque 128

Quare 168

Quattuor 153

Quemadmodum 146.153

Quemquam 128

Querella 153

Queror 153

Quidquam 154

Quidquid 154

Quidque 154

Quilibet 168

Quinctus 154

Quinctus 154

Quinctilius 154

Quinctilianus 155

Quinctilis 155

Quiuis 168

Quodam modo 155

Quodque 154

Quo modo 155

Quoquo modo 155

Quotidie 156

Quoties 156

Quotieſquomque 128

RAETI,

R

RAETI, populi 157
Regiũ, Italiae opidũ 157
Religio 157
Reliquiae 157
Remmius 158
Reprehendo 158
Retulit 158
Rhegium, Siciliae opidũ 158
Robigo 158
Romilius, familia Romana 158
Rufinianus 159
Rufinus 159
Rufus 159
Rullianus 160
Rutilius, familia Romana 160

S

Sacra uia, ſiue Sacrauia 161
Saeculum 161
Salluſtius 162
Samarobrina 162
Sanequam 163
Santones 163
Scaeuola, Muciae gentis cognomen 163
Scena 163
Schola 163
Scida 163
Sebethus 164
Secutum 165
Septemtrio 164
Sepulcrum 164
Sequuntur 164
Serranus 165
Seſtius, patricia familia 165
Sextilis, menſis 165
Sextilius, familia Romana 165
Sextius, plebeia familia 166
Sica, familia Romana 166
Sicut 153
Sicuti 153
Sidus 166
Sigillatim 166
Silanus, cognomẽ Iuniorũ 167
Silua 167
Siluanus 167
Simillimus 95, 168
Sincerus 168
Siquidem 168
Si quis 155
Soboles 168
Sollemne 169
Sollers 169
Sollicitare 169
Solliſtimum 170
Speleum 170
Squaleo 170
Squalidus 170
Squalor 170
Squama 170
Subſeciu. 170
Sufenas 170
Sugambri, populi 170
Sulphur 171
Sulpicius 171
Supellex 172
Supremus 172
Sylla 172
Synhodus 173

T

TAEDET 174

Taeter

Taeter 174
Tenſa 174
Tento 174
Tercentum 175
Teutoni, populi 175
Theſaurus 175
Thorij 175
Thorius 175
Thoranius 175
Tiber 175
Tillius Cimber, percuſſor Caeſaris 176
Tinguo 176
Titius 176
Tonſrix 176
Toranius 175
Torus 177
Toties 156
Transfero, & deriuata 177
Triboci, populi 177
Triceſimus 183
Trinoctium 101
Triumpho 177
Triumphus 171.178
Tuccius, familia 178
Turtanius 178
Tus 178
Tuſcia 178
Tuſculanus 179
Tutela 179
Tutelarius 179
Tyrannus 179

V

VACINIA 180
valdequàm 168
Valetudo 180
Varus 180
Vattius 181
Vellaeus 181
Vellicaſſes, populi 181
Velut 153
Veluti 152
Venelli, populi 181
Veneo, pro uendor 181
Vettius 181
Verrucoſſus 182
Vertex 182
Vibius 182
Viceſimus 183
Vicetia 183
Villicus 183
Vindex 184
Vindico 183
Vinicianus, Coeliorum cognomen 184
Virdumarus, Gallor. Dux 184
Virgilius 184
Vnguentarius 189
Volcanalia 189
Volcanus 189
Volturcius 189
Volturnus 189
Vtramque 120
Vtrorumque 128
Vtrumque 128
Vulſinienſes 190
Vulſo, Manliorũ cognomẽ 190

X

XANTHIPPE 190

Z

ZMYRNAEI, *populi* 190

A

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

A, *pro*, AB, *ſine accentu ſcriberem ex antiqua conſuetudine, & ex Quinctiliani auctoritate, qui ſub accentu caſuum ſuorum pronunciari praepoſitiones uult: quod ſi quando recipiendi, tunc uidelicet, cum ſententiam patefaciunt. ideoq. doctis quibuſdam uiris aſſentior, qui, Quod, &, Quam, ne pronomina uiderentur, interdum, apice ſupraſcripto, notabant. At in*, A, *pro*, AB; *& in*, E, *pro*, Ex; *& in*, O, *ſi accentum addas; nihilo magis, quid ſignificet, oſtẽdes. Confirmant noſtrã opinionem Quinctilianus, libri, lapides omnes*

ABIICIO, *Adÿcio, & Obÿcio, malim, quam unica* I : *cum ſint a uerbo, Iacio; &* A *littera conuertatur in* I : *ut a Facio fit Afficio, Conficio, Officio, Reficio, & ſimilia; quae conuertunt* A *in* I. *Praeterea, ſi, Abicio, dicas; breuis erit prima ſyllaba, quae producitur a Poetis, ut etiam in uerbo, Obÿcio, & Adÿcio, itaque in praeterito quoque dicimus, Abiecit, Adiecit, Obiecit, Reiecit, conuerſa in* E *ſecunda* I: *ad exemplum uerbi ſimplicis, Iacio. Vnica tamen* I *in antiquis lapidibus legitur, Praeneſte, & in uetere Kalendario Colotiano. ſed contra diſerte Gellius lib.* IV. *cap.* XVII

ACCENSVS, *non*, ADCENSVS, *libri, & lapides*

 Romae,

Romae, ad D. Benedicti
Et in Vaticano

ACCERSO, *& per* R *ſcribitur,* ARCESSO, *inquit Diomedes lib.* I. *cap.* IV. *Sed intereſt, quia Accerſere, euocare eſt; Arceſſere, uero, aliquē accuſare, ſignificat, & ab Arceo naſcitur, etenim, alium accuſare, a moleſtijs arcere eſt. Idem tradunt Soſipater lib.* 3. *& Scaurus de Orthographia. Videndus & Priſcianus*

ACCIVS, *familia Romana, duplici* C C. *Sed & Acius, & Actius, & Atius, & Attius, aliae familiae, reperiuntur. De Accia cognoſcitur ex antiquis lapidibus*
Firmi, in Piceno.
Brixiae
Nuceriae
Luceriae

ACILIA, *gens Romae, in qua Glabriones, unica* C. *libri, lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus clariſſimi uiri, Andreae Lauretani, patricij Veneti; qui habet,* M. ACILIVS IIIVIR. VALETV *& alius Rinaldi Odonij, auunculi mei, itidem inſcriptus; & alius Rainutij Farneſij, Cardinalis in quo eſt,* M. ACII BALBVS

Romae, ad D. Io. Lateran. in hoſpitio publico
In

In uinea Io. Poggij, Epiſcopi Tropien.
In hortulis Matthaeiorum, trans Tiberim.
Tiferni
Brixiae
Taruiſij

AVCILIVS, *reperio in antiquo lapide Romae, ad D. Nicolai in Agone*

SIC *&, Faber Automatarius, &, Auromatarius a uice pub. &, Autius, de quo ſuo loco* *in lapidibus*

ACIVS, *unde*, ACILIVS, *unica* C. *lapides*

ACTII *quoque cuiuſdam liberti cum* CT, *mentionem inuenio in lapide, Romae in pulchro uiridario collis Vaticani ſummi Pontificis, in quo Iuniae C. Silani F. Torquatae Vir. Veſ. mentio eſt.*

Eiuſdem Iuniae alteram uidi inſcriptionem, Romae ad Forum Mali aurei.

ACTIVM, *promontorium, cum* CT. *libri ueteres, & Graeca conſuetudo, & Auguſti denarius, in quo ab una parte,* ACT. *ab altera* AVGVSTVS.

ADOLESCENS, *non*, ADVLESCENS, *libenter ſcribo, repugnantibus quibuſdam antiquis libris*

Adiuuat noſtram opinionem auctoritas Feſti, in
,, *quo haec legimus: Suboles, ab oleſcendo, ideſt,*
,, *Creſcendo, ut Adoleſcentes quoque, & Adul-*
,, *tae, & Indoles dicitur. Quod etiam confirmant*
antiqui lapides

ADSCISCO, *non*, ASCISCO: *alioqui ſecunda littera praepoſitionis Ad periret: quae in compoſitione uel remanet, uel immutatur. remanet in, Adaugeo, Adhibeo, Adhaereo, Adduco, Adbibo, Adſcribo; mutatur in, Affluo, Affirmo, Afficio, Appropero, Allicio, Attero, & ſimilibus. Aſcenſu tamen, abſque* D *littera, legitur in antiqua inſcriptione*

Tibure, ad D. Silueſtri.

AEBVTIA, *familia Romana, cum Ae diphthongo Graeci enim,* Αἰβύτιοι, *lapides quoque.*

Romae, ad Arcum Septimij, in titulo ſtatuae
Pacis aeternae domus Imp. Veſpaſiani.

AEDITIMVS, *an*, AEDITVVS, *ſcribendum ſit, nondum ſatis liquet. Varronis haec ſunt, de re*
,, *Ruſt. lib. I. cap. 2. Rogatus ab Aeditimo, ut di-*
,, *cere didicimus a Patribus noſtris; ut corrigimur*
,, *a recentioribus Vrbanis, Aedituo. Idem tradit A. Gellius, lib. XII. cap. X. a tuendis aedibus nomen deriuans. qui M. Varronem, in libro ad Marcellum ſecundo, de Latino ſermone, ſen-*

ſiſſe

ſiſſe dicit, magis Aeditimũ ſcribi oportere, quã Aedituum: quod alterum ſit recenti nouitate fi-ctum; alterum antiqua origine incorruptum. Vide & eundem Varronem, de lingua Lat. lib. VI. *&* VII. *In antiquis lapidibus, Aedituus, non, Aeditimus, ſcriptum reperio*

Romae, in aedibus Atilij Delphinij patricij R.

In uinea Io. Poggij, Epiſcopi Tropien.

In muſaeo Carpenſi.
Et alibi.

AEDVI, *non,* HEDVI, *aut,* EDVI, *Galliae populi libri, Graeca conſuetudo, & lapides*

Antiſsiodori, in Aeduis, inſcriptio, quam M. Antonius Muretus, uir eruditiſsimus, diligenter a ſe, dum ibi eſſet, exſcriptam, mihi tradidit.

AEMILIVS, *cum I, non cum Y. libri, lapides Capitolini, & alij*

Romae, ad D. Petri in Monte aureo, trans Tiberim, in pariete domus cuiuſdam.

Ad Cloacam D. Luciae, in aedibus Podocatharorum, e Cypro.

In Sabinis
Sentini

Aeqvicoli, *Italiae populi, cum* ae *diphthongò Graeca conſuetudo*

Aervmna, *cum* ae; *a Graeco*, Αἴρειν. *Feſtus Nec tamen aduerſatur Cariſius, cuius haec ſunt*
„ *lib.* i. *Inſtit. Gramm. Erumnam, Ennius ait, per*
„ e *ſolum ſcribi poſſe, quod mentem eruat; uel per*
„ ae, *quod maerorem minuat*

Aesernia, *opidum in Samnio; de quo Ptolemaeus, & Plinius; cum Ae diphthongo. Graeca conſuetudo, & nummus argenteus doctiſſimi, hominis, Graecarumq. litterarum peritiſſimi. Fuluij Vrſini, in quo legitur,* m. marcel. m. f. m. n. aesernivs. ex. s. c. *item lapides*

Romae, in aedibus Euryali Rufini, ad Buſta Gallica

Aetherivs, *non,* aetherevs, *ſicut, Aerius ex antiquiſſimis libris, & ex Virgilio, maiuſculis litteris perſcripto, eo tempore, quo Turcius Rufius Apronianus uiuebat: quod ipſius Turcij manus indicat: qui liber pridem aſſeruabatur a Rodulfo Pio Cardinale Carpenſe: nunc, Bibliothecae Vaticanae ab eodem teſtamento legatus*

ubi

ubi ſit, plane ignoro. nec enim eum uideo in Bibliotheca Vaticana cuſtodiri: &, opinor, ab aliquo furto ſurreptum. In eo libro multis in locis diſerte ſcriptum uidi, Aetherius. Quo modo & in antiquis lapidibus, Epicurius

Brundiſij, in aedibus Diomedis Caſiniani medici.

AFRICA, *non*, APHRICA. *libri, lapides Capitolini, & alij. Nũmus aereus eruditiſsimi hominis totiusq. antiquitatis bene periti, Laurentij Maſſae, ab uno latere, habet*, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *ab altero uero*, AFRICA

Voconiani, in Sabinis
Reate, in aedibus Laurentij Sonantij
In Aequicolis
Romae, in crypta D. Sebaſtiani
In Exquilijs, in hortis Caeſarinorum
In aedibus Capranicorum

In agro Tiburtino, duodecimo ab Vrbe lapide

Caietae, in fragmento columnae duodecim angulorum, quorum quinque, muro inſerti, legi non poſſunt

Brixiae

Aggredior, *Afficio*, *Affinis*, *& ſimilia*, *ob pronunciandi ſuauitatem,placent,mutata ſecunda littera praepoſitionis. etenim Veteres etiam ipſos multum Auribus tribuiſſe uideo: ideoque dicebant, Auſugit, Aufer; non, Abſugit, Abfer: &,Ignoti,Ignaui,Ignari; non, Innoti, Innaui, Innari: ut ait Cicero in Oratore. Vide & Priſcianum lib. 2. Contra tamen ſcriptum reperi in uetere aereo nummo Laurentij Maſſae, ab uno latere,* IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. POT. COS. V. P. P. *ab altero uero,* S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. ARAB ADQVIS. *& in antiquis lapidibus*

Romae, ad Forum Traiani.

Agragantvm, *non*, agrigentvm. *libri ueteres, Graeca conſuetudo, & nummi argentei, hoc titulo,* ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ *Plinius quoque Agragantinum bitumen dixit, lib.* III. *cap.* 8. *& Virg. Aen.lib.* III.

Arduus inde Agragas oſtendit maxima longe.

Ahala, *non*, hala, *Seruiliorum cognomen. lapides Capitolini; & nummus argenteus monachi optimi,atque doctiſsimi,Alexandri Toti,qui habet,* AHALA; *item alius eiuſdem,* BRVTVS AHALA; *& alius Andreae Lauretani, itidem inſcriptus.Quamquam ſignificare uidetur Cicero*

in

in Oratore, Ala potius, quam Ahala, ſcriben-
„ *dum eſſe; cum haec dicat: Verba ſaepe contra-*
„ *huntur, non Vſus cauſſa, ſed Aurium. quo modo*
„ *enim ueſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga lit-*
„ *terae uaſtioris? quam litteram etiam e Maxil-*
„ *lis, Taxillis, Vexillo, Paxillo, conſuetudo ele-*
„ *gans Latini Sermonis euellit.*

AHENOBARBVS, *non*, AENOBARBVS; *Domitio-rum cognomen. lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Lauretani, qui habet,* CN. DOMITIVS. AHENOBARBVS, *& alius Matthaei Forerij, cum ijſdem litteris. Confirmat noſtram opinionem Gellij auctoritas,*
„ *lib. 2. cap. 3. Vnde illud: Litore ahena lo-cant alij*

Exſtat inſcriptio Interamnae ad Cathedralem Eccleſiam. quam cum nondum uidiſſem, habui a Iulio Iacobonio Interamnate, amiciſſimo meo, Antiquitatis ſtudioſiſſimo: qui omnes praeterea Patriae ſuae antiquitates in unũ collegit, ac breuiſſimis, ijſq. doctis annotationibus illuſtrauit: quas edere in animo habet. Ipſe poſtea, Interamna tranſiens, eam proprijs oculis adſpexi

ALESIA, *non*, ALEXIA, *opidum Mandubiorum. libri ueteres. In Strabone quoque, corrupte legitur,* Καὶ ὁ περὶ ἰλλυσίαν, πόλιν μανδιβούλων. *Plut. Dion. lib.* IV. *Diod. Sic. & Vell. Paterculus*

ALIA,

ALIA, *flumen, unde, Pugna Alienſis; unica L ex Seruio, ſuper illud Virgilij lib.* VII. *Aen.*

» *Quosq. ſecans infauſtum interluit Allia nomen Dicit enim, Aliam, unica L. ſcribi; ſed Poetam metri cauſſa, alteram* L *addere; ut in, Relliquiae*

» *Lucanũq. bene poſuiſſe, Quas Aliae clades &c. Idem uidetur ſenſiſſe Pedianus, cum in Diuinatione in Verrem haec dixit: Alienum, uolunt intelligi proprium nomen eſſe, quaſi ab Alia, ut Virgilius*

» *Quoſq. ſecans infauſtum interluit Allia nomen Et mox: Alij, Alienum, nõ nomen proprium putant eſſe, ſed alienum, & alterius iudicij, & non ex auditorio praetoris, maiorumq. cauſſarum ſed a ſubſellijs, hoc eſt, non a tribunalibus*

ALICA, *ſine adſpiratione. Cariſius lib.* I. *Alicam*
» *ſine adſpiratione dictam Verrius tradit: & ſic*
» *multi dixerunt. Lucilius* XV. *cum adſpiratio-*
» *ne dixit*

ALIMENTVS, *non*, HALIMETVS; *Cinciae gentis cognomen. libri ueteres*

ALITVS, *melius dicitur, (inquit Diomedes) quam Altus, uitandae ambiguitatis gratia. Quamuis aliter in Salluſtio perantiquo Fuluij Vrſini. In eoq. loco Altus, non Alitus, legunt Diomedes lib.* I. *cap.* 4. *& Priſc. lib.* X. *Altus, eſt in oratione pro Plancio, & Alta, in Bruto Ciceronis; pro Alitus, & Alta. Valerius Max. lib.* III. *cap.* 4.
» *Sordidiſsimae, inquit, mercis capturis inquinari*

» *ſoli-*

„ *ſolito. Quo loco abeſt ab o. l. u. uerbum Inquinari. proq. Solito, in quibuſdam Salito; in quibuſdam (emendatius) Alito.*

ALLECTVS, *ſcribo, non,* ADLECTVS; *Aurium iudicium ſecutus; nec diſſentientibus lapidibus*

Romae, in hortis Alexandri Grandij

Contra tamen Praeneſte

ALLIENVS, *duplici* LL; *cognomen familiae Romanae. libri, & lapides*

Firmi, in Piceno

Fruſinone, ad D. Paulli

Praeterea nummum argẽteum habet Atilius Delphinius, his litteris, A. ALLIENVS. PRO. COS *item alium Fuluius Vrſinus, iiſdem litteris.*

ALLIFAE, *opidum in Campania; duplici* LL, *& unica* F. *libri, & lapides*

Allifis.

ALLIVM, *(inquit Cariſius. Inſtit. Gramm. lib.* I.*)*
„ *Pallium, Scrinium, Dolium, Solium, dici debet*
„ *non, ut alij diſerti dicunt, Alleum per* E, *& Do-*
„ *leum, & Palleum. nam & Virgilius, Allia, ſer-*
„ *pillumq., per I, dixit, quod utique in genitiuo de*
„ *bet geminari; ut, Huius Pallij, Scrinij, Dolij, Allij*
„ *Solij; quod genitiuus numero ſyllabarum minor*
„ *eſſe nominatiuo non debet. quare magis denotati*
„ *ſunt, qui maluerunt per unum I. Imperi, &, Inge*
„ *ni, dicere, quam, ſecundum Regulam, Imperij, &*
„ *Ingenij, geminata I littera. Inuenimus tamen &*

„ *per*

„ *per I unum a Virgilio dictum*
„ *Ille urbem Pataui*
„ *Pro, Patauij. Plus in hac obſeruatione gemi-*
„ *nandi in maſculinis animaduertimus: ut, Hic*
„ *Aemilius, Huius Aemilij; Hic Iulius, Huius*
„ *Iulij. in uocatiuo tamen I literam ſubtrahimus:*
„ *nam, ſi, o Aemilij, & Iulij, dixeris, Graece decli-*
„ *naueris; ut Lucilius, Tierei leontado & Poma-*
„ *ni & thermo Parnime*

ALLIVS, *duplici* LL. *libri, & lapides Nuceriae.*

ALVCINOR, *libenter ſcribo, ductus auctoritate Feſti. & unica* L: *ſic enim ſenſiſſe uidetur Cloatius Verrius, apud Gellium, lib.* XVI. *cap.* XII. *Quamquam Nonius inter adſpirata ponat, & Gellius lib. 2. cap. 3. adſpirationem ueteres appoſuiſſe oſtendat. Ego Feſtum, & Cloatium, ſequor: cum quibus conſentit Octauij Pantagathi, eruditiſſimi uiri, quem alterum noſtrae aetatis Varronem, alterum Nigidium merito Pater meus appellat, etymologia. inquit enim, Alucinor, dictum eſſe, quaſi,* A *luce aberro. argute id quidem, & docte*

AMBIBARITI, *populi, non,* AMBIVARITI. *libri ueteres.*

AMOENVS, *cum* OE. *libri ueteres, Virgilius Carpenſis,*

„ *penſis,& Vaticanus. Seruius, Aen.lib.I.Amoe*
„ *na,inquit,quaſi Amunia, hoc eſt,ſine fructu. ut*
„ *Varro, & Carminius docent.& lapides*

Salerni.
Aſiſij, in Foro.
Brixiae, ad D.Nazarij.

ANICIVS, *non,* ANITIVS. *lapides Capitolini, & alij*

Romae,in Auentino.
Ad Circum Flaminium.
In domo Caeſia.
In Baſilica Lateranen.

ANNAEVS, *cum Ae diphthongo; familia in Hiſpania, e qua Lucanus Poeta, & duo Senecae. Video etiam Annaei Placidi mentionem fieri in tribus antiquis lapidibus*

Romae,in Thermis Conſtantinianis.
In aedibus Capranicorum.
Via Oſtienſi, IV.ab Vrbe lapide.

D E *Annaea familia uidi & alias inſcriptiones*

Romae in uinea Carpenſi.
Ad D. Iacobi.
In aedibus Domitij Caualler ij.

Reate.

Reate

Vrbini

ANNEIVS, *familia Romana, de qua in libris mentio: & Legatum ſuum in Cilicienſi prouincia M. Anneium Cicero nominat in Epiſtolis. libri ueteres & lapides*

Vrbini, pro foribus ſummi Templi

Fani, in domo Epiſcopali

Neapoli

ANNEAE *quoque* HEDISTE (*mendoſe fortaſſe, pro* ANNEIAE, *uel*, ANNAEAE) *mentionem reperio in antiqua inſcriptione*

Romae, in uinea Aſcanij Celſi, de Nepe, Via Flaminia, e regione D. Anderae

ANTLARE, *Feſtus dicit, a Graeco* Ἀντλῶ, *deductum. Ergo ſcribendum eſt, Antlare, non ut eſt in quibuſdam libris, Anclare; itemque Exantlare. quod & Seruius Honoratus in ſuis*
„ *in Virgilium Commentarijs confirmat, bis uer-*
„ *bis: Ante* L, *numquam inuenimus* T, *niſi in*
„ *paucis: ut, Exantlauit, quod & in Plauto lectum*
„ *eſt; hoc eſt, Exhauſit*

ANVLVS

ANVLVS, *unica* N; *ex antiqua Conſuetudine; cum qua uidetur conſentire Etymologia; cum deducatur ab Ano; quaſi Anulus ſit paruus Anus nam a Graeco deduci non placet. Alij ab Anno deriuatum putant, quod in ſe redeat, ut Annus ex quo, duplici* NN *ſcribendum, affirmant. Ego & Antiquitatem ſequor, & ueriorem, ut arbitror, Etymologiam*

APENNINVS, *unica* P, *& duplici* N N. *libri, & Graeca conſuetudo*

APICIVS, *non*, APITIVS. *libri, & lapides Romae, ad D. Nicolai in Agone*

APOLLO, *unica* P, *& duplici* LL. *libri, & lapides Romae, in hortis D. Petri ad Vincula*

In Quirinali, in hortis Beati Silueſtri: nunc in aedibus Maſſaeiorum

In Exquilijs, in quadam uinea

In hortis Caeſiis

Ad Tiberim, prope D. Stephani in Silice
Ad D. Agnetis

In aedib. Arberinorum ad D. Marci
Mediolani, ad D. Mariae

In

In aedibus Sudorinorum, ad D. Rocchi.

Luceriae, ante aedes Alfonſi Carafii.

Dentecani, in Apulia.

APPAEVS, *duplici*, P P, *& cum Ae diphthongo. lapides*

Romae.
Saſſinae.

APPVLEIVS, *duplici* P P, *familia Romana. libri lapides Capitolini, & alij*

Romae, in aedib. Domitij Cauallerij.

In uinea Iulij Galli.

Alliſis, in angulo parietis Cathedralis Eccleſiae.

Praeneſte.

Vnica tamen P, *legitur in quibuſdam inſcriptionibus.*

APVLIA, *&* APVLVS, *unica* P, *ut ſenſit Velius Longus in libello de Orthographia. In Triumphis*

quoque Capitolinis, diſerte ſcriptum uideo, DE APVLEIS. *In prima tamen, & ſecunda ſyllaba differunt. Apulia enim primam ſyllabam modo corripit, modo producit; ut ex Horatij uerſibus liquet: ſecundam uero ſemper producit, quod eiuſdem Poetae teſtimonio probatur, Graecique,* Ἀπύλια, *ſcribunt. In Apulus autem ſemper producitur prima, corripitur ſecunda; ut idem Horatius, praeterea Lucanus, Martialiſque oſtendunt*

Praeneſte
Beneuenti
Sutrij, In maximo Templo
Troiae in Apulia

AQVILLIVS, *duplici* L L. *lapides Capitolini, et alij, & nummus argenteus Lauretani, in quo eſt* AQVILLIVS. FLORVS. III. VIR

Romae, in aedibus Porcariorum
Vnica tamen L *legitur*
Romae ad Campum Florae, in quodam ſtabulo
Ad Forum Mali aurei
Veronae
Torcelli

ARENA, *ſine Adſpiratione; ut deducatur ab Ariditate. Seruius in lib.* I. *Virg Aen. Arena, ſi ab Ariditate, non adſpiratur; ſi ab Haerendo, adſpiratur; ait Varro: melior tamen prima ſententia Aduerſatur tamẽ Cariſius lib.* I. *Inſtit. Gramm. cuius haec ſunt: Harena, dicitur, quod Haereat*

„ *&, Arena, quod Areat. gratius tamen cum Ad-*
„ *ſpiratione ſonat. In antiquis quoque lapidibus*
„ *Harena cum Adſpiratione ſcriptum reperi*
Neapoli, in aedibus Hadriani Gulielmii

ARICIA; *non*, ARITIA; *uel*, ARRITIA. *libri ueteres*

ARISTA, *ſine Adſpiratione ſcribendum: cum deducatur ab Ariditate: etſi quidam antiquiſſimi libri Adſpirationem apponant*

ARRETIVM, *duplici* RR. *libri ueteres, Graeca conſuetudo, & lapides*
Tiferni, in Vmbria

Qua in Inſcriptione, Domo Arretio legitur. quod loquēdi genus apud ueteres ſcriptores reperitur nam Plautus dixit, Domo Carthaginienſis: Virgilius, Qui Caerete domo, Horatius, Vnde domo
In Aſconio Pediano, pro, Domo Siculus, quidam inepte reponebant, Homo Siculus. Quod Paullus Pater in ſuis Scholiis obſeruauit
Et in antiquis inſcriptionibus idem loquendi genus obſeruaui
Romae, in hortis Carpens.
In aedibus Zampolinorum
Ad Vrſi Vicum, ut uulgo dicitur, in pariete domus cuiuſdam
Prope aedes Card. Carpen.

Ad

Ad Aedem D. Mariae Cruciferorum, prope Fontem Triuii
Ad D. Marci, in aedibus Ambroſii Lilii
In aedibus Atilii Delphinii
Ad Agonem
In hortis Caeſiis, ex lapide Tiburtino
In aedibus Matthaei Porcarii, ad D. Io de Pinea
In aedibus Io Mangonii
Ad Cur. Sabell.
In Aede D. Pudentianae, in pauimento
Via Latina
Via Caßia
In aedibus Colotianis
Mutinae
In Quirinali, in aedibus Pomponii Laeti
In aedibus Io. Coritii, ad Forum Traiani
Reate, in aedibus Petri Siluerii
Ameriae
Neapoli, ad D. Paulli

ARRIVS, *duplici* RR, *familia Romana. libri, & lapides*
Romae, in aedibus Alexandri Rufini Epiſcopi Melfien.
In aedibus Farneſianis.
Zagaroli
Capuae, ad D. Benedicti
Anagniae, ad D. Paulli
Luceriae

Id confirmat & Feſtus, cuius haec ſunt; Torum, ut
„ *ſignificet Torridum, Aridum, per unum quidem*
„ R, *antiqua conſuetudine, ſcribitur. ſed, quaſi per*
„ *duo* RR *ſcribatur, pronunciari oportet. nam An-*
„ *tiqui nec mutas, nec ſemiuocales litteras gemina*
„ *bant; ut fit in, Ennio, Arrio, Annio. Iſidorus au-*
„ *tem in Etymologijs, lib. 1. cap. 26. Veteres, in-*
„ *quit, non duplicabant litteras, ſed ſupra ſicilicum*
„ *apponebant: qua nota admonebatur Lector, gemi*
„ *nandam eſſe litteram. Nummum quoque argen-*
teum habet Atilius Delphinius, in quo hae litte-
rae leguntur, M. ARRIVS. SECVNDVS

CONTRA, *unica* R, *legitur in antiquis duabus in-*
ſcriptionibus
Venetijs, in Templo D. Mariae Matris Domini
Veronae
In alia inſcriptione, Romae, in Templo Ludouici
Gallorum Regis, ſacrato, Arrius & duplici
RR, *& unica legitur*

ARRVNTIVS, *duplici* RR. *libri, Victorinus Afer*
Grammaticus, & lapides
Romae, ad Forum Traiani, in aedibus Io. Coritij
In aenea tabula, repert. Romae, in Quirinali
Surrenti
Vnica tamen R, *Aruntius legitur in duabus anti-*
quis inſcriptionibus
Brundiſij
Aquiflauiae

ARTVS,

ARTVS, *non,* ARCTVS, *ſcriptum uideo in antiquiſſimis libris, praecipueq. in Virgilio Carpenſi*

ATEIVS, *unica* T, *familia Romana. libri ucteres & lapides*

Romae, Trans Tiberim, ad D. Caeciliae

ATILIA, *gens Romae, in qua & Reguli, & Calatini, & Bulbi, & Serrani fuerunt; unica T. libri lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Alexandri Toti, qui habet,* M. ATIL. SARA

Romae, in aedibus Card. Carpenſis
Neapoli, in aedibus Hadriani Gulielmij
Patauij, apud Alex. Baſſianum
Veronae, ad D. Clementis
Aſulae, quod opidum eſt Brixianorum
Mediolani, ad D. Carpophori
Ibidem, in Xenodochio pauperum D. Martini
Ibidem, apud Veſtales D. Bernardini
Ibidem, in uico Biliorum

ATIVS, *unica* T; *familia Romana, ex qua nata eſt Auguſti mater. libri, lapides, & Virgilius lib.* V.

» *Paruus Atis, genus unde Atij duxere Latini*

Idq. confirmat Atilius, nomen Romanae gentis, ſic ab Atio deductum, ut, Acilius, ab Acio; & alia eiuſmodi

Romae, in domo Carpenſi
Trans Tiberim, ad D. Caeciliae

Vicetiae, ad D. Petri

ATRATINVS, *non*, ATRACINVS, *cognomen Semproniae gẽtis. libri ueteres, & lapides Capitolini*

ATTIS, *non*, ATYS. *antiqui lapides*

Romae in aedib. Colotianis
Ad D Martini, e regione Montium
Ad D. Luciae in ſilice, in capite Suburae
In domo Caeſia

ATTIVS, *Poeta; &, Attius, Augur, de quo Liuius; duplici* T T. *Victorinus Afer, libri, & lapides*

Romae, in aedib. Card. Carpens.
In Vaticano, ad uineam quandam
In aedibus Euryali Ruſini, ad Buſta Gallica
In aedibus Maffaeiorum
In aedibus Atilij Delphinij
Ad D. Aeduardi. Anglorum hoſpitium trans Tiberim
Ocricoli, in Burgo, Via publica, in quadam ſcala
Lauinij
Veronae
Montorij, in Agro Veronenſi
Brixiae, ad D. Iuliae

ATTVLI, *non*, ADTVLI; *& ſimilia; Aurium ſenſu comprobante, nec diſſentiente Terentio Scauro antiquo Grammatico, ueteribuſq. libris*

AT-

Atvatvca, *non*, vatvca. *libri ueteres, & Graeca conſuetudo. Quamuis corrupte legatur apud Pto lomaeum,* ἀτεάκετον

Avctor, *&*, avctoritas, *cum* c.t; *ab, Au- quo: quod etiam Pierius probauit: aſſentiente Soſipatro Cariſio, & lapidibus*

Romae, in hortis Carpens.
Ante Aedes Caeſias
In baſi, reperta in Thermis Titi
Ad DD. Apoſtolos
In aedib. Franciſci Liſchae
In aedib. Atilij Delphinij
Brixiae, in aedib. Martinengorum, prope Palatam Turrim

Avla, *unde Olla, ne quis putet gemina* l l *ſcribendum, ut Paulla, Polla. manſit enim hoc, ex uetere conſuetudine, ut, Aula, unica* l., *ſcriberetur; Paulla uero, duplici. de quo ſuo loco. nam priſci illi ueteres nullam litteram geminabant, ut ait Feſtus, in Ab oloes, Aula, & Torum; & Iſidorus lib.* 1. *cap.* 26.

Romae, in muſaeo Carpenſi.
In aedibus Atilij Delphinij
Reate

Avrifex, *&*, avrvfex, *reperio in antiquis lapidibus; uel diuerſa hominum opinione, uel cognatione litterarum,* i, *&* v; *ut in, Optumus, pro, Optimus, & ſimilibus*

In Tiburtino, repert. ſupra emiſſarium
Aquae Claudiae
In hortis Matthaciorum
Capuae, ad D. Benedicti
In Epiſcopatu Sabinen.

AVTIVS, *reperio in duobus lapidibus, quorum ſequitur exemplum*
Romae, in aedibus Alteriorum
ad D. Marci
Tibure

AVROMATARIVS, *Romae uia Latina*

AVTRONIVS, *non*, ANTRONIVS, *familia Romana lapides Capitolini, & alij*
Romae, ad D. Paulli

B

BAEBIVS, *cum Ae diphthongo. libri ueteres, lapides Capitolini, & alij*

Romae, ad D. Mariae, trans Tiberim
Ad D. Stephani, prope Cloacam D. Luciae
In hortis Carpens.
Saßinae, uia Flaminia, ad Apennini radices
Sorae, in Foro, ad D. Reſtitutae
Caſini
Mirabellae, octauo a Beneuento lapide
Canuſij

Nummum argenteum habet & Rainutius Farneſius Cardinalis, his litteris, M. BAEBI. Q. F. TAMPIL. *Stephanus, legitur in antiquo lapide Romae, apud Atilium Delphinium*

BAETICA, *prouincia, cum Ae, & ſine adſpiratione. libri, & lapides*

Auximi
Vulſinijs
Gambarae, in agro Brixiano, ad D. Petri Templum

BALIARES, &, BALIARICVS, *ſcribenda per* I, *non per* E, *uetuſta lapidum auctoritate. Graeci quoque,* Βαλιαρίδες

BAL-

BALNEVM, ſiue, BALINEVM. utroque enim modo Veteres pronunciaſſe, & Soſipater Cariſius teſtatur Inſtit. Gramm. lib. I. & ex antiquis lapidibus colligo

Caeſenae, in Templo D. Mariae de Monte
Bergomi
Nouariae
Tiferni

Alteri quoque, ſub porticu D. Mariae, in Tabula antiquiſſima, Lacum Balinearium, legitur

BELLVA, L L *geminata; quod ab ea Bellum deducatur. Feſtus*

BIBLIOTHECA, *aut*, BYBLIOTHECA; *non* BIBLYOTHECA. *ex Graeca conſuetudine, & ex antiquis lapidibus*

Romae, in aedibus Maffaeiorum
Apud Fuluium Vrſinum
In aedibus Colotianis
Infra Capitolium, in quadam domo
Ferrariae, in Muſaeo Ducis
Neapoli, in aedib. Hadriani Gulielmij

Contra tamen, BIBLYOTHECA, *legitur in antiquo lapide*

Sueſſae

BLAESVS, *cum* AE; *cognomen Semproniorum. lapides Capitolini, & alij*

Romae, in aedib. Atilij Delphinij

BRAC-

BRACCHIA, *duplici* ç c. *libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

BRITANNIA, *unica* T, *& duplici* N N. *libri, & lapides*

Romae, in muſaeo Carpenſi
Capuae, in Ponte Vulturni

Contra tamen, BRITTANNIA, *duplici* T T, *legitur in quibuſdam lapidibus*

In aedibus Atilij Delphinij
Prope Tiburim, ad Pontem Lucanum
Ita & Lucretius lib. VI. *Vide & Euſtathium*

BRVNDISIVM, *non,* BRVNDVSIVM. *libri, & lapides*

Brundisij, extra Vrbem
In Apulia, multi lapides exſtant, in quibus Brundiſium, legitur

Contra tamen, in antiquo lapide Brundisij, in aedibus Diomedis Caſiniani, medici, eo modo Βρυρ-τεσίνων, *ſcriptum eſt, quo & Neapoli, in alio, Hydrentinorum; E littera pro V, uſurpata*

BRVTTII, *duplici* T T; *Italiae populi. Graeca conſuetudo. libri ueteres, lapides Capitolini, & alij*

Praeneſte

BRVTTIVS, *duplici* T T. *libri, & lapides*

Taruiſij

Formijs, in Appia

BVCINA, *unica* C. *Iſidorus enim, lib.* XIIX. *cap.* 4.
„ *Bucina, inquit, dicta a Voce; quaſi, Vocina. Ac-*
„ *cedunt ueterum librorum, Virgilij Carpenſis, lapidumq. teſtimonia*

Romae, in aedib. Io. Coritij

In muſaeo Carpenſi

BYZACIVM, &, BYZANTIVM, *lego in antiquis lapidibus*

Romae, ad D. *Stephani in Coelio monte*

Ad Agrippinam

C

CAECILIVS, *cum* AE, *libri, lapides Capitolini & alij*

Romae, in aedib. Laelij Lali, ad D. Apoſtolos
In Baſilica D. Petri
In aedibus Alexandri Farnesij, Card. ad DD. Laurentij, & Damaſi
In aedibus Capranic.
In aedibus Caesijs
In aedibus Arberinorum
In Quirinali
In hortis Carpens.
Ad DD. Coſmae, & Damiani, prope Cloacam D. Luciae
Ad D. Paulli
In Sabinis
Ferentini, in Cathedrali Eccl.
Neapoli
Puteolis, in aedib. Comitis Matalonae
Capuae, uia publica
Mediolani
In caſtro Sebrio Mediolan.
Brixiae
In Valle Trumpia, ad aedes Io. Bapt. Treuellini
Gambarae

CAI-

CAECINA, *cum* AE; *a Caecus.libri, & lapides*

Romae, in aedib. Rainucii Farneſii, Card.

In aedib. Gaſp. Scapucii, Canonici Lateranen.

Brundiſii, ad D. Dionyſii.

CAELEBS, *cum* AE; *quod Caelo dignam agat uitam. Feſtus, libri, & lapides*

Venetiis, apud Grimanum Patriarcham

CAELO, *Caelas, cum Scalpo ſignificat, cum Aediphthongo. libri veteres, & lapides*

Romae, in aedib. Bruti Gottbfredi

CAELVM, *cum* AE. *libri, Virgilius Carpenſis, & lapides. Quidam a Caelando deducunt quod verbum item cum* AE *ſcribitur. Plinius, lib. 2. cap. 4. Caelum haud dubie Caelati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro, Iſidorus quoque, lib.* XIII. *cap 4. Caelum, inquit vocatum, eo quod, tamquam caelatum Vas, impreſſa lumina habeat, ſtellarum ueluti ſigna; nam Caelatum dicitur uas, quod ſignis eminentioribus refulget*

Romae, ad DD. Laurentij, & Damaſi

In uiridario ſummi Pontificis

Tibure, ad D. Mariae

Camerini

Saepini

Praeterea, Caeſium colorem, a Caelo deduci, teſtatur A. Gellius: Caeſium autem cum Ae ſcribi

„ *nemo*

„ *nemo ignorat. Gellii uerba ſunt, lib. 2. cap. 26*
„ *Caeſia, inquit, dicta eſt, quae a Graecis γλαυκῶ-*
„ *πις, ut Nigidius ait, de colore Caeli; quaſi, Caelia*

CAENVM, *pro Limo, cum Ae diphthongo. libri uete res, & Virgilius Carpenſis*

CAEPIO, *cum Ae; Seruiliae gentis cognomen. libri, lapides Capitolini, & alii; & nummus argenteus Andreae Lauretani, ſic inſcriptus,* Q. CAEPIO. BRVTVS. PRO. COS

Veronae

CAERELLIVS, *cum Ae, & duplici* LL. *libri, & lapides*

Romae, in aedib. Capranic.

In aedibus Maffaeiorum

CAERIMONIAE, *cum Ae in prima, &* I *in ſecunda, uidetur ſcribendum. ita in antiquo enim lapide, quem in uilla Rodulfi Pii, Cardinalis Carpenſis, omni uirtute, omniq. laude praeſtantiſſimi, diligentius inſpexi, ſcriptum eſt*

DEDVCTVM *hoc nomen, ut ait Feſtus, quidam a Caritate putarunt. quod abſurdum eſt. quid enim Caerimoniis cum Caritate? aut quae omnino ſimilitudo? Iſidorus quoque, & Maſſurius Sabinus apud Gellium, lib.* IV. *cap. 9. & Macrob. lib. 2 c. 3. & lib. 3. c. 3. a Careo deriuãt. Ego, a Caerete opido, uel potius a Caeritibus, eius opidi incolis*

appel-

appellatas Caerimonias puto. quod confirmat T. *Liuius lib.* v. *& Valerius Maximus. Sunt etiam, qui a Caelo deriuent; quod ſcilicet ad Caeleſtium honorem pertineant: ut Caerimoniae, quaſi Caelimoniae, uocentur: ſicuti & Caeruleus, pro Caeluleus, dicitur. ita patebit diphthongi cauſſa. nam Caelum cum Ae ſcribi, iam oſtendimus. Nec deſunt huius generis exempla, in quibus* I, *non* E, *in ſecunda ſyllaba reperitur; ut, Querimonia, Alimonia, Parcimonia, Sanctimonia, Mercimonia*

CAERVLEVS, *cum Ae, quaſi Caeluleus, a Caelo. libri, & lapides*

Romae, ad Portam Naeuiam

CAESELLIVS, *cum* AE *diphthongo, legitur in antiquo lapide*

In agro Capuano

CAESENA, *urbs florentiſsima, & copioſiſsima, in uia Flaminia, ſiue, ut alijs magis placet, Aemilia ſita, cum Ae diphthongo ſcriberem, adductus auctoritate Graecorum. nam, cum in quibuſdam codicibus Strabonis lib.* v. *ita Caeſenae mentio eſſet, ut uix agnoſci poſſet, nempe ſic,* καὶ σῖνα, *interpreſque, Et Sina, uertiſſet: admonuit me Antonius Caſarius, iuuenis omnis antiquitatis peritiſsimus,* καισήνα, *unica dictione, legendum: & de Caeſena intelligendum: quod Strabonis ipſius ordo*

ordo confirmat.nominat enim eo loco Cliternam, Forum Cornelij,Fauentiam; Caeſenamq. ait Iſapi fluuio propinquam,& Rubiconi: quae omnes ciuitates parum inter ſe diſtant. Quod ſi Graeci ſimpliciter cum E *ſcriberent: nihilominus in Latina ciuitate Latinum nomen nõ immutarem, uidererq. mihi Caeſenae ipſi iniuriam facere, ſi conarer detrahere ei litteram, quam tribuunt antiqui lapides,ex quibus unus Patrum noſtrorum aetate Caeſenae uiſebatur, & nunc, eorum uel negligentia, uel temporum iniuria, nobis uidere non licet: quem diſerte ſcriptum habui ab amiciſſimo meo,antiquarum inſcriptionum ad litteram obſeruantiſſimo*

Miror autem,ut aliquid dicam ἐν τῷ παρέργῳ, *Petrum Victorium, in legendis ueterum ſcriptis peruolutatum, locum Q. Ciceronis interpretantem,in lib.* XVI. *Epiſtolarum extremo,qui ſic habet: Nam iſti duo,inquit, uix ſunt digni, (Hirtius ſcilicet, & Panſa) quibus alteri Caeſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas; ita pertinacem in uulgata lectione retinenda fuiße, ut, nulla mendi ſuſpicione, ita ſe in optimis, & antiquiſſimis libris inueniße affirmet: deq. Caeſena, in uia Aemilia ſita, intelligendum exiſtimet. parum apte omnino. quippe qui aut Q. Ciceronis ſententiam apertam non aſſequatur, aut Caeſenam ipſam ignorare uideatur.cum Q. Cicero,tamquã de abiecto loco,men-*

tionem ſaciat, Caeſena uero non adeo tum ignobilis, aut obſcura fuerit, ut, tamquam abiecta res nominari debuerit, praeſertim ab homine Romano. Nec uero me mouet, quod Hadrianus Turnebus, Victorij ſententiam ſecutus, Sidonij minime aſſecutus, in Aduerſarijs ſuis nuper ſcripſit, exiſtimare ſe, Q. Ciceronem Caeſenā hanc, ut humile, & ignobile opidum, per ludibrium nominaſſe adductum eiuſdem Sidonij auctoritate, qui lib. 1. ep. 8. de Caeſena, ut furno potius, quam opido, mētionem fecerit. Nam, cum Sidonius in tota epiſtola iocari cum homine Caeſenate cōſtituiſſet: non dubitauit, Caeſenam Furnū nominare, per iocum, & , quoniam tota epiſtola in eo genere uerſatur, uiſum eſt, eam hic adſcribere, ut omnes et facilius Sidonij ſententiam aſſequantur, & de Caeſena ſincerius iudicare poßint. Exemplum ſequitur

Sidonius Candidiano ſuo S.

Morari me Romae, congratularis, illud tamen quaſi
„ facete, & ſatim gnathonum ſalibus admixtis:
„ Ais enim, gaudere te, quod aliquādo neceſſarius
„ tuus uideam ſolem, quem utique raro bibitor
„ Araricus inſpexerim. Nebulas enim mihi meo-
„ rum Lugdunenſium exprobras, & diem quere-
„ ris nobis, matutina caligine obſtructū, uix meri-
„ diano feruore reſerari. Et tu iſtaec nobis Caeſe-
„ natis Furni potius, quam Opidi, uerna deblatte-
„ ras? de cuius natalis tibi ſoli uel iucunditate, uel
„ commodo,

„ *commodo, quid etiam ipſe ſentires, dum migras,*
„ *indicauiſti, ita tamen, quod te Rauennae felicius*
„ *exſulantem, auribus Padano culice perfoſſis, mu-*
„ *nicipalium ranarum loquax turba circumſilit. In*
„ *qua palude, indeſinenter rerum omnium lege per*
„ *uerſa, muri cadunt, aquae ſtant, turres fluunt, na-*
„ *ues ſedent, aegroti deambulant, medici iacent,*
„ *algent balnea, domicilia conflagrant, ſitiunt uiui,*
„ *natant ſepulti, uigilant ſures, dormiunt poteſta-*
„ *tes, fenerantur clerici, Syri pſallunt, negotiatores*
„ *militant, milites negotiantur, ſtudent pilae ſe-*
„ *nes, aleae iuuenes, armis eunuchi, lituis foedera-*
„ *ti: Tu uide, qualis ſit ciuitas, ubi tibi lar fami-*
„ *liaris incolitur, quae facilius territorium potuit*
„ *habere, quam terram. Quocirca memento, inno-*
„ *xijs tranſalpinis eſſe parcendum; quibus, caeli*
„ *ſui dote contentis, non grandis gloria datur, ſi de*
„ *teriorum collatione clareſcant.*

Quis amplius dubitat de Sidonij ſententia? Turnebum uero, tranſalpinum hominem, de rebus Italicis ſententiam ferentem, inania, puériliaq. dicere, quis non uidet? cur nō & Lugdunū, minimū opidum, & frigidiſſimum, dixit? At, de Caeſena tam male eum opinari, non mirum. homo Gallus de Lugduno tacet, Caeſenā male habet. Caeſenam uero, minimum, & frigidiſſimum opidum eſſe, qua auctoritate dixerit, ipſe uideat. Strabo certe libro quincto eo loco, quem ſupra recitauimus inter nobiles ciuitates Caeſenam numerat. antiquaque inſcriptio Caeſenam ciuitatem fuiſſe,

Romanorumq. Coloniam, teſtatur. Nec ullum umquam opidum inter Romanas Colonias annumeratum fuiſſe, apud quemquam legimus. Idem Sidonius in Panegyrico, ulnoſam Rauennam, nominat. Quod autem ad locum Ciceronis attinet, eum corruptum eſſe, omnes, ut puto, ex antiquorum exemplarium uarietate, intelligent. nam cum haec ſcriberem, nouem habebam antiquos libros, in quorum primo erat

Vix ſunt digni, quibus alteri Ceſaenam, alteri Coſſutianarum tabernarum ſundamenta credas:

alter ſic habebat, Vix ſunt digni, quibus alteri Ceſanam, alteri Coſſucianarum tabernarum fundamenta credas.

tertius, Vix ſunt digni, quibus alteri Ceſanam, alteri Conſutianarum tabernarum fundamenta credas.

quartus, Vix ſunt digni, quibus alteri Caſenam, alteri Conſutianarum tabernarum fundamenta credas

quinctus, Vix ſunt digni, quibus alter Ceſariã, alteri Coſſucianorum tabernarũ fundamenta credas

ſextus, Vix ſunt digni, quibus alteri Ceſenam, alteri Conſutianarum tabernarum fundamenta credas

ſeptimus, Vix ſunt digni, quibus alteri Ceſenam, alteri Coſſutianarum fundamenta credas

octauus, Vix ſunt digni, quibus alteri Ceſenã, alteri Conſutianarum tabernarum fundamenta credas

nonus, quem commodauit mihi homo erudititiſſimus

Fuluius

Fuluius Vrſinus, Vix ſunt digni, quibus alteri Conſanarum, alteri Coſſutinarum tabernarum fundamenta credas. Vt uideantur fuiße duo genera humilium tabernarum, quae tunc aedificarentur: licet ignotae mihi tabernae ſint

In hoc etiam loco pro Caeſenam, Ceſanam legi, in uetere libro Caeſenatis Bibliothecae, & in impreſſo a Nicolao Ienſone, anno Chriſti, MCCCCLXXV, *affirmauit mihi Caſarius meus, cuius diligentiam plurimi facio. Adde, quod Paullus Pater meus olim notauit in ſuis Scholijs in libro Vincentij Riccij legi, Vix ſunt digni quibus geſa, uel quibus ſutianarum tabernarum fundamenta credas*

& in alio uetere libro, e Cypro, Cenſenam

*Profert autem locum Liuij idem Pater meus, lib.*IX. *in quo ſic eſt, in quibuſdam libris: Eo anno Sora, Arpinum, Cenſennia recepta ab Samnitibus. nec inepte ſuſpicatus eſt, pro Caeſenam, Cenſenniam in Cicerone poſſe legi. etſi in alijs Liuij Codicibus pro Cenſennia, Cenſenia, unica N legatur: in alijs Ceſſentia; uel, Coſentia; uel, Conſentia. Quidam Serenniam, reponunt, ex Diodoro lib.* XX. *Quidam alij, Aeſerniam, ut intelligatur de opido, in Samnio ſito*

CAESETIVS, *cum Ae, familia Romana. libri ueteres, Graeca conſuetudo, & lapides*

Romae, in Foro Piſcario, ad D. Angeli, in pariete domus cuiuſdam

CAESIVS, *cum Ae, nummi ueteres, Alexandri Toti*, L. CAESI. *& lapides*

Romae, ad D Mariae Rotundae, in aedibus Paulli Pinij

In domo Caeſia, & in hortis

Veronae

Gambarae, in agro Brixiano

Aquilae

Saſſinae

Neapoli, in aedib. Hadriani Gulielmij

Opitergij, apud Melchiorios

CAESONIVS, *cum Ae, lapides*

In agro Tiburtino

CAESTVS, *cum Ae. libri ueteres*

CALIDIVS, *unica L, familia Romana. libri, & lapides*

Romae, in aedibus Maſſaeiorum

Ad D. Euſtachij

CALLIDIANVS, *uero duplici* LL, *in aedib. Colotianis*

CALPVRNIVS; *non*, CALPHVRNIVS; *aut*, CALFVRNIVS. *libri, lapides Capitolini, & alij. Deducitur autem, a Calpo Numae filio; teſte Plutarcho, in uita Numae, Ouidio ad Piſonem, & Sex Pompeio*

Romae, ſub porticu Capitolina

In

In aedib. Benzoniorum, ad D. Marci
In aedibus Maffaciorum
In hortis Carpens.
In Muſaeo Carpenſi
Ad D. Saluatoris
In Monte Coelio, ad D. Stephani, prope Nauicellam
Neapoli, apud clariſſ. Comitem de Matalone
Puteolis
Hiſpelli
Piſauri, in aedibus Marini Gotij Epidauri
Patauij

CALIDON, *cũ* I, *non cũ* Y. *libri ueteres, & Strabo*

CAMARA, *dicitur, ut Verrius Flaccus affirmat, (apud Cariſium, lib. 1.) non,* CAMERA, *per* E. *Sed*
» *Lucretius*
» *-cameraq. caminis Ex cratibus*
» *dicendo, etiam Cameram dici poſſe, oſtendit*
» *Camera, (inquit Feſtus) & Camuri Boues a Curuatione, ex Graeco καμπὴ, dicuntur*

CARISIVS, *ſine Adſpiratione, libri ueteres, & duo nummi argentei Andreae Lauretani, quorum unus habet,* T. CARISIVS, *alter uero,* T. CARISIVS III. VIR. *& alius egregij medici Brixienſis, Aloyſij Mondellae, itidem inſcriptus; item alius Alexandri Toti, in quo eſt,* T. CARISIVS MONETA. *& alius Matthaei Forerij, cum*

iiſdem litteris. Aduerſatur tamen antiqua inſcriptio, quae eſt Romae, apud Atilium Delphinium.

CARTHAGINIENSIS, *non*, CARTHAGINENSIS. *Pandectae, Priſcianus lib.* IV. *Poetae, & lapides*

Romae, in hortis Carpens.

Infra Capitolium, ad Arcum Septimij, uetuſtiſſima inſcriptio, nuper effoſſa, anno MDLXV *menſe Sextili, in Capitolium translata*

Charthaginis autem nomen a Charta deducit Ser-
„ *uius in Virg. Aen. lib.* I. *his uerbis: Carthago*
„ *a Charta, ut lectum eſt & in hiſtoria Poenorum*
„ *& in Liuio*

CARVS, &, CARITAS, *ſine Adſpiratione. libri ueteres, Pandectae Florentinae, Virgilius Carpenſis, & lapides*

Romae: in muſaeo Carpenſi

In hortis Carpens.

Ad Agonem

In hortis Caeſiis

In aedibus Capranicorum

In aedibus Paulli de Horologijs

In aedibus Arberinorum

Ad Forum negotiatorium, in domo priuata

In aedibus Hadriani Fuſconij, Epiſcopi Aquinatis

In

In aedibus Iulij Porcarij
In domo Laelij Lali ad DD. Apoſtolos
In hortis Marij Pulchriuiri, ad Aquam Virg.
Ad D. Marci
Ad DD. Coſmae, & Damiani
In adſcenſu Quirin. in uinea Matthaei Morellij
Ad D. Petri ad Vincula
Ad D. Io. Lateranen.
Ad P. Paulli
Ad D. Potentianae
Ad Vrſi Vicum
Via Flaminia, in hortis Fabianini Monij
Caſtelleti, uia Flaminia
Neapoli
Luceriae, in aedibus Caeſaris Spataſorae
Extra Mirabellam
Puteolis
Albae, ad D. Paulli
Brixiae
Aquileiae

CASCELLIVS, *duplici* LL. *libri ueteres*

CASILINVM, *unica* S, *& unica* L. *libri ueteres & Strabo*

CATIVS, *& unica* C, *& duplici reperio in antiquis*

quis lapidibus ; fortaſſe , quod duae familiae eſſent

Beneuenti

Veronae

Brixiae , in aedibus Calinorum , non longe ab aede D. Mariae in Calcaria

Gambarae, ad Aedem D. Mariae de Niue

CATVLLVS , *Valeriorum cognomen, duplici* LL. *libri ueteres, & nummi argentei duo, unus Rainutij Farneſij, Cardinalis; alter uero, Antonij Auguſtini, Epiſcopi Ilerdēſis, uiri omnis uirtute praeſtantiſſimi; qui ſic habent.* L. VALERIVS. CATVLLVS. III. VIR. A. A. A. F. F. *& lapides*

Romae, in hortis Carpens.

In Agro Brixiano

CATVLVS, *autem, Lutatiorum Cognomen , unica L lapides Capitolini, & alij*

Romae , in Capitolio

In Foro negotiatorio , prope uiam Iuliam , in pariete quodam

Vicetiae , ad D.Stephani

CAVSSA , *duplici* SS . *ex lapidibus Capitolinis , & alijs, & ex ipſo Cicerone, ac Virgilio, ut Quinctilianus tradit. Quod apud me tāti eſt, ut omnium praeterea lapidum, quicumque aliter habent, auctoritatem , omnium etymologiarum rationem uincat , quamquam & Etymologia adiuuet , ut dedu-*

deducatur a Cauco; & ſit Cauſſa, quaſi Cauiſſa: quod & Scaurus, antiquus Grammaticus, indicat; licet unicam S, in Cauſſa magis probet

Romae, in Muſaeo Carpenſi
In aedibus Colotianis
Apud Pyrrhum Tharum
Sorae, ad D. Reſtitutae

In quibuſdam tamen antiquis inſcriptionibus unica S, *Cauſa legitur*

Romae, in aedibus Colotianis
In Muſaeo Carpenſi
In hortis Carpenſ.
Ad D. Luciae, in Silice, in capite Suburae
In aedibus Arberinorum
Trans Tiberim, ad D. Franciſci
Mirabellae, in aedib. Ferdinandi Guindacij
Brundisij, extra urbem
Neapoli, in aedibus Hadriani Gulielmij
Mediolani, in Aede D. Dionysij

CEDRVS, *ne quis, contra Graecam Etymologiam cum diphthongo ſcribat; motus auctoritate quorundam antiquiſſimorum librorum. in quibuſdam enim & optimi libri peccant*

CELLA, *ſine diphthongo, & duplici* LL. *libri, & lapides*

Romae, in Muſaeo Carpenſi

CELO,

CELO, *pro, Occulto, ſine diphthongo. libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

CENA, *ſine diphthongo; ex antiquiſſimo Bembi Terentio, aliisq. libris; praeterea, ex antiquis lapidibus. Alij ſcribunt cum Ae. male omnino; nam, ſi eſſet diphthongus apponenda, eſſet potius*
„ *Oe. Iſidorus enim, lib.* XX. *cap.* 2. *Coenam, ait, uo-*
„ *cari a communione ueſcentium.* κοινὸν, *quippe*
„ *Graeci Commune dicunt. unde & Communican-*
„ *tes, quod communiter, ideſt, pariter, conueniant;*
„ *apud ueteres enim ſolitum erat, in Propatulo ue-*
„ *ſci, & communiter epulari, ne ſingularitas luxu-*
„ *riam gigneret*
Haec Iſidorus. Diſſentientibus autē libris, utram ad patrem lapides inclinant, eam ſequor
Auximi, quinque lapides
Ad Lirim amnem

CENTHO, *cum Adſpiratione; cognomen Claudiae gentis. lapides Capitolini*

CENTVMALVS, *non,* CENTIMALVS; *Fuluiorum cognomen. libri, & lapides Capitolini. Eſt & cognomen Claudiorum, apud Cic. de off. lib.* III. *Pomponium Iuriſc. L. Florum lib.* II. *& de uir. ill.*

CEPHALLENE, *Inſula, duplici* LL. *libri ueteres, & Graeca conſuetudo*

CERA,

CERA, *ſine diphthongo. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & Graeca conſuetudo*

CERIALIA, *non*, CEREALIA. *libri ueteres, nummi tres argentei, Andreae Lauretani, Matthaei Forerij, Io. Mariae Sculptoris, qui ſic omnes habent*, C. MEMMIVS. C. F. QVIRINVS. MEMMIVS. AED. CERIALIA. PREIMVS. FECIT *& lapides*

Romae, in Aedibus Coloijanis
In aedibus Capranicorum
In aedib. Euryali Rufini, ad Buſta Gallica
Saepini, in Samnio
Piſauri, in horto Ducis

CESELLIVS, *ſine diphthongo legitur in antiquo lapide: nec tamen, ita ſcribendum eſſe auſim affirmare*

Rudijs, in Apulia

CESTIANVS, *&*, CESTIVS, *ſine diphthongo. duo nummi argentei Andreae Lauretani, ſic inſcripti*, CESTIANVS. S. C. (*uide*, PLAETORIVS) *& antiqui lapides*

Romae, ad D. Mariae in Ara Caeli
Ad Portam Oſtienſem, in pyramide
In aedibus Capranicorum
In hortis Fabiani Montij

CESTVS, *ſine diphthongo; cingulum Veneris; a Graeco,*

Graeco, κεντεῖν : unde κέστρον, genus teli

CETERA, *ſine diphthongo. libri, Virgilius Carpenſis, & lapides*

Romae, ad D. Martini, e regione Montium
Ad Agrippinas
In hortis Carpens.
Ad D. Stephani in Silice
Tibure ad D. Vincentij
In opido Ticuli, dioec. Vrbeuetanae
Neapoli, ad D. Io. Maioris
Puteolis

CIPVS, *Genuciorum cognomen. nummi argentei ueteres, ſic inſcripti,* M. CIPI. M. F.

CIRCVMVENIO, *non,* CIRCVNVENIO, *& ſimilia; conſeruata ultima littera praepoſitionis Circum: nec enim reſpuunt Aures, Circumuentus, Circumductus, Circumſaeptus, & ſimilia*

Romae, in hortis Carpens.
In uinea Io. Poggij, Epiſcopi Tropien.
Neapoli
Inguij

CIVS, *non,* TIVS, *ita ſcriberem, ut pronunciatur, in deriuatis aut a ſupinis, aut a nominibus: a ſupinis, ut, Aduenticius, Ficticius, Editicius, Trãſlaticius, Impoſiticius, Inſiticius, Dediticius, Repticius, & ſimilibus; a nominibus, ut, Patricius,*

Tri-

Tribunicius, Aedilicius, Latericius, Nouicius Compitalicius. in quo ueterum librorum, & omnium lapidum, maximeq. Capitolinorum, qui apud me plurimi ſunt, auctoritatem ſequor. Nummus etiam aereus Rinaldi Odonij, auunculi mei, ſic habet ab uno latere C. GALLIVS. LVPERCVS. III. VIR. A. A. A. F. F. *ab altero uero* AVGVST. TRIBVNIC. POTEST

Romae, in aedib. Curtij Saccotij
In Mole Hadriani
Ad Portam D. Laurentij
Ad D. Agathae
Ante Aedes Fauſtinae de Magdalenis, prope Forum Alteriorum
In aedibus Maffaeiorum
In aedibus Atilij Delphinij
In domo de Valle
Ad D. Mariae Monticelli
In Aequicolis
Fani
Formijs, uia Appia
Cyperani
Venuſiae

CLOACA, *non,* CLVACA *ex antiquis lapidibus*

Romae, in aedibus Atilij Delphinij
Ante aedes Caeſias
In agro Tiburtino, duodecimo ab Vrbe lapide
In hortis Fabianini Montij

Apud

Apud domum Bruti de Pallis, e regione
D.Luciae
Ad aedes Ruſticorum

Et ex argenteo nummo Rainutij Farneſij, Cardinalis, in quo eſt, L. MVSSIDIVS. LONGVS CLOACIN. *& alio item argenteo itidem inſcripto Rinaldi Odonij auunculi mei. Etſi Victorinus Afer, & Feſtus, Cluaca, ſcribendum putent, a Conluendo*

CNAEVS, *Praenomen, cum* C, *& Ae diphthongo Graeca conſuetudo: quamquam Diomedes, Priſcianusq. aliter ſentiant: quos refellunt antiqua monumenta*

COCCEIVS, *duplici* CC. *libri, & lapides*
Romae, in hortis Fabianini Montij, uia Flaminia
In aedibus Capranicorum
In domo de Valle
Ad D.Mariae ſupra Mineruam, in pariete domus
Ad D. Paulli
Infra Capitolium
In crypta D. Sebaſtiani
Neapoli
Vriae, in ſummo Templo
Attigij, qui eſt uicus, prope Fabrianum

COELIVS, *cum Oe libri ueteres, duo nummi argentei*

tei *Andreae Lauretani, in quibus eſt,* C. COELIVS. CALDVS. *& alius Matthaei Forerij, itidem inſcriptus; item alius eiuſdem, his litteris,* C. COIL. CALD. *& alius Romae, apud quendam ueteramentarium, ab uno latere,* C. COEL. CALDVS. *ab altero,* L. CALDVS. VII VIR. EPV. *item alius,* COEL BALBINVS. *& lapides*

Romae, ad radices Quirinalis

Ibidem, in uinea Matthaei Morelij

Ad D. Io. Lateran. in Aede hoſpitij publici

Ad Campum Florae, in pariete domus cuiuſdam

Non longe a Trebia

Sentini

Brebiae, in Agro Mediolanen.

In Agro Veronenſi

Brixiae, ad D. Afrae

Neapoli

Melitae.

In quibuſdam tamen antiquis lapidibus contra ſcriptum reperi

Romae, in Muſaeo Carpens.

In Vaticano, in uinea quadam, extra portam D. Petri

Dentecani, in Apulia

COEPI, *cum Oe, pro, Incepi; ab antiquo Verbo, Coepi. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides*

Via Oſtienſi, IV. *ab urbe lapide*

COLLEGA, *non,* CONLEGA, *& ſimilia, Aurium*

ſenſu comprobante, cui multum tribuiſse uideo Ciceronem, in eo libro, qui inſcribitur, Orator.

COMISSATIO, *unica* M, *& duplici* SS. *ex Feſti ſententia, qui deducit a Vicis, quos Graeci* κώμας
„ *dicunt; unde,* κωμάζω. *Eius uerba ſunt: Comiſſatio*
„ *a Vicis, quos Graeci,* κώμας, *ducunt, appellatur. in*
„ *his enim habitabant prius, quam opida conderen*
„ *tur. quibus in locis alij alios, cõuictus cauſa, inui*
„ *tabant. Sunt, qui ſcribant, Comeſsatio; uel, Commeſſatio; contra omnem antiquitatem. Quidam libri ueteres, Cõmiſatio, contra Feſtum, & Graecam etymologiam. Nonnulli libri, Commiſsatio alij Comiſatio: a quibus, eadem cauſa, diſsentio*

COMPREHENDO, *ſine diphthongo. ex Terentio Scauro, vetere Grammatico, antiquisq. lapidibus contra ueteres aliquot libros. corripitur enim in ſecunda ſyllaba apud Poetas*

Romae, ad uiam Portuenſem, in uinea quadam
Neapoli, in Aedibus Hadriani Gulielmij.

CONCIO. *cum* C, *quis dubitat ſcribendum eſſe? cũ ſit, ut ait Feſtus, quaſi Conuocatio: ut a Verbo Conciere deductum eſse uideatur. Hoc notaui, ni quis moueatur, ſi quando in Veteribus Monumentis uiderit,* CONTIO

CONDEMNO, *non,* CONDEMPNO. *ex antiquis aliquot libris, & Aurium ſuauitate. Condempno enim ineptum, nimisq. abſurdum, uidetur*

CONDICIO,

CONDICIO, *cum* C. *ex antiquis libris, & Virgilio Carpēſi, in quo ſic ille uerſus legitur, Aen. lib.* 12

„ cur mortis adempta eſt

„ Condicio

Sic etiam eſt in antiquis lapidibus

Romae, in Aedibus Columnenſium, ad DD Apoſtolos

In hortis Carpens.

Rauennae

CONIVX, *ſcriberem; non,* CONIVNX; *aut,* COIVX *ut eſt in quibuſdam antiquis lapidibus. nam placet deriuare a Iugo, uel a Coniugo, verbo, ut uidetur ſenſiße Catullus,* LIX

„ Tum Thetidi Pater ipſe iugandum Pelea ſenſit

„ Sunt, inquit Caecilius Minucianus, in Libello de
„ Orthographia, qui ſcribant, Coiux, citra ullum
„ omnino N, *a Coeo: aliȷs, unū addere placet; &, Cō*
„ iux, dicunt: ſunt, qui duplex, ut ſit, Cōiunx; ex opi
„ nationis uarietate, in uerbi deductione

Romae, in Vaticano, in uinea quadam

Ad D. Apollinaris

Ad D. Ambroſii, in uaſe aquae benedictae

Ad D. Caeciliae, trans Tiberim

Ad D. Paulli

Apud Epiſcopum Ferratinum

Ad D. Clementis

Ad D. Xyſti, ad portam Capenam

Ad D. Laurentiȷ, extra Muros

Ad D. Io. ante Portam Latinam

Ad D. Angeli, in Foro Piſcario, in pariete
domus cuiuſdam
Ad D. Michaelis
Ad D. Euſtachii
Ad D. Mariae, in Ara Caeli
In aedibus Hadriani Fuſconii, Epiſcopi
Aquinatis
In Aedibus Aloyſii Ruſinii
In Aedibus Fabricii Maximi
Ad Columnam Antonini, in Aedibus
Bubalorum
In uia publica, prope Aedem D. Marcelli,
& D. Mariae in uia lata
Ad D. Mariae Rotundae, in Aedibus
Paulli Pini
In Aedibus Gaſparis Scapucij, Canonici
Lateranen.
Trans Tiberim, ad D. Saluatoris
Ad D. Rufinae
Ad D. Chryſogoni
Ad D. Mariae in uia, apud eruditiſſimum uirum Octauium Pantagathum
In Aedibus Atilii Delphinii
In Aedibus Maffaeiorum
In Aedibus Capranicorum
In domo de Valle
In Aedibus Paulli de Horologiis
In domo Carpenſi
In Muſaeo eiuſdem Cardinalis
In hortis eiuſdem Cardinalis

Ere-

E regione Montium, in aedibus Vincentij de
Menichellis
In aedibus Domitij Cauallerij
Trans Tiberim, ad D. Bartholomaei
In hortis Fabianini Montij
Via Flaminia
In Partis Quinctijs, ad uineam quandam
Trans Tiberim
Ad D. Mariae, in porticu
Ad Portam Appiam
Tibure
Ibidem, ad D, Silueſtri
Sentini
Auximi, in Piceno
Auſculi, ad D. Franciſci
In Agro Sorano
Neapoli
Puteolis
In Ciuitate Cauenſi
In Apulia
Mirabellae, in aedib. Ferdinandi Guindacij
Gennadij
Brundiſij
Ocricoli
Piſauri
Venetijs, in riuo Pontis Angeli
Patauij
Veronae
In Agro Veron.
Brixiae, ad D. Deſiderij

Caſalis Mauri, in agro Brixiano, ad D. Mariae de Dorſo

Tergeſt.

Vtini

Lugduni, ad Portam D. Iuſti.

Et alibi, ſaepiſsime

C O I V X *in ſequentibus*

Romae, apud Vilarium Vrſinum, in uiridario

In Aedibus Capranicorum

In hortis Sudorinorum, ad D. Rocchi

Ad D. Clementis

Ad D. Apollinaris

Ad D. Io. Lateran. in hoſpitio publico

Ad D. Paulli

Ad D. Mariae in Foro Iudaeorum

In aede D. Crucis, ad Forum Iudaeorum

In aed. Hier. Spannochij, ad Aculeam S. Mautthi

In aed. Arberinorum

Ad D. Paulli

In aedibus populi R. ad D. Mariae in uia

In uiridario Paulli Bubali

In aedib. Hieronymi Picij

Beneuenti

Neapoli

Extra Mirabellam

Vltra Accadiam, in crypta Eccleſiae D. Mariae Beuialis

Auximi,

Auximi, in Piceno
Placentiae, ad D. Antonij

C O N I V N X

Romae, in aedib. Atilij Delphinij
In aedib. Caſarellorum
In uinea Io. Poggij, Epiſc. Tropien.
Neapoli

C O I V N X

Romae, in domo Carpenſi.
Sutrij, in hortis Cathedralis Eccleſiae

C O N I V N X S

Romae

C O I V S

Romae, in aedib. Arberinorum

CONNVBIVM, *duplici* N N. *ratione compoſitionis nec enim placet adimere litteram, quae in pronunciando nihil impediat; ut in, Adſciſco, & ſimilibus. Contra tamen habet Virgilius Carpenſis, & antiqua lapides inſcriptio,*
Venetijs, apud Grimanum Patriarcham

Conſidero, *cum* i, *non cum* y: *quia Latinum eſt, non Graecum: & ita ueteres ſcribebant.*

Conſvmo, *Conſumis, unica* m. *nemo enim dici negabit in praeterito, unica* m, *Conſumpſi*

Conſvmmo, *Conſummas, duplici* mm. *libri ueteres, & lapides*

Romae ad D. Petri
Ad D. Nicolai

Convicivm, *cum* c. *ex antiquis libris, & ex Etymologia; quaſi, Conuocium, ut ait Labeo, apud Vlpianum Iuriſconſultum, & Feſtus: uel a Vicis, in quibus prius habitatum eſt: uel fortaſſe ab utroque, ideſt a confuſis Vocibus in Vicis. Nonius etiam, cum dixit, Ignobilitatem loci, a Vicis Conuicij nomen uidetur deriuaſſe. Eius uerba, ſatis mendoſa, ſunt: Conuicium, dictum eſt, quaſi, uitijs locum, qui ſecundum ignobilitatem loci maledictis, & dictis turpibus, cauilletur. Nam Vallae opinionem, qui a Vitium, uel a Vito, Conuitium deducit, nullo ſatis firmo probatam argumento, & a Feſto, & a Labeone diſſentientem non uideor probare debere*

Corona, *ſine Adſpiratione. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides*

Romae, ad D. Mariae trans Tiberim
Extra portam Flaminiam, in uinea quadam

Praeneſte
Formijs, uia Appia
Fulginei

CORVNCANIVS, *non*, CORVNCANVS. *libri ueteres, lapides Capitolini, & alij; & Graeca conſuetudo*

Romae, in Aedibus Capranicorum

CVLCITA, *non*, CVLCITRA, *ſcribendum, ex antiquiſſimorum librorum auctoritate; & ex Cypriano Veronenſi, maiuſculis litteris ante mille annos perſcripto: quem librum, a Canonicis Veronenſibus ſibi dono datum, praeſtantiſſimus Cardinalis, Carolus Borromaeius, Pij* IV. *Pōt. Max. ſororis filius, in ſua elegantiſſima Bibliotheca, antiquis, & optimis libris referta, aſſeruandum curat*

CVNCTARI, *non*, CONTARI. *ex antiquis libris Virgilio Carpenſi, & Feſto; qui, a Verrio diſſentiens, Percunctatio, ſcribi vult, non, Percontatio: quod is, qui curioſe quid interrogat, per cuncta uiſit*

CYDONIS, *cum* Y. *Graeca conſuetudo*

DAMARA.

D

DAMARATVS, *non,* DEMARATVS, *praenomen patris Tarquinij Priſci*, V. *Romanorum Regis*. *lapides Capitolini, & alij*

DECVLA, *non,* DECOLA, *cognomen Tulliorum*. *libri, & lapides Capitolini*

DEFINITIO, *ſcriberem libentius, quam,* DIFFINITIO. *aſſentientibus Pandectis Florentinis, & lapidibus*

Patauij

Romae, ad D. Petri Baſilicam

Sic &, DESIGNATOR, *habetur in tribus antiquis inſcriptionibus*

Romae, in Muſaeo Carpenſi

In aedibus Colotianis

In Arcu Aquae Virginis

Contra tamen, DISSIGNATOR, *legitur, in lapide, qui eſt in opido, uulgo Pontecoruo : quod e Fregellanorum reliquijs constructum putatur*

DELICIAE, *cum* C *a Delicatus. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides*

Romae, ſub porticu Capitolina

Ad Forum Iudaeorum. parieti cuiuſdã domus affix.

Ad

Ad Forum Piſcarium, in domo quadam
ad Aedem Trinitatis, ad Pontem Xyſtum
Anagniae, in pariete quodam
Aquini, in ſuburbio
Beneuenti, ad D. Sophiae
Placentiae, ad D. Sepulcri
Caeſenae, in Burgo

DELECTVS, *contra libros aliquot aeteres, multo ſcripſerim libentius, quam, Dilectus; a uerbo, Deligo quod componitur, ex De, & Lego; quaſi, De multis lego: ut, Decerpo, quaſi, De multis carpo.*
„ *etſi Feſtus aliter ſenſiſſe uideatur, cum dixit: Di-*
„ *lectus militum, & is, qui ſignificatur Amatus,*
„ *a Legendo dicti ſunt*

DELMATAE, *non,* DALMATAE, *lego in ueteribus libris, & lapidibus*

Patauij, apud Paullum Rhamnuſium,
Io. Baptiſtae, X uirum Conſilij a ſecretis, filium, compatrem meum

Velius quoque Longus, in libro de Orthographia
„ *ex auctoritate Varronis, Placet, inquit, ut Del-*
„ *matiam, non Dalmatiam pronunciemus, quo-*
„ *niam a Delminio, maxima ciuitate, tractum no-*
„ *men exiſtimetur*

DEMINVO, *non,* DIMINVO. *libri ueteres*

DESIDERO, *cum* I, *non cum* Y: *Latinum enim eſt nec aliter ueteres ſcripſiſſe uideo*

Romae

Romae, extra Portam Flaminiam, in uinea quadam
In aedibus Maſaeiorum, e Caeritibus allat.
In aed. Franciſci Liſchae
In aedibus Bruti Vallenſis

DIOECESIS, *non*, DIOCESIS. *Pandectae Florentinae. Graeci quoque*, Διοίκησις, *dicunt*

DISSICERE, *uerbum, exſulat hodie a lingua Latina, & bonorum auctorum libris. Id quidem uiri nonnulli eruditi aſſerere, & uindicare, conati ſunt, ſed nihilominus in ſqualore, & peregrinitate, iacet; quia nec dũ eius originem, & uim, quiſquam explicauit. Ego exiſtimo*, Diſsicere, *proprie idem ualere, quod*, Diſſecare: *nam & in alijs compoſitis uerbi*, Seco, E *mutatur in* I, *ut in* Proſicor, *quo utitur Plautus in Poen.* Iratus uetui exta proſicarier; *&* Proſicies *apud Varronem lib.* XI. *rerum diuin. referente Nonio* Proſecta; Proſiciae, *apud Solinum, & in ueteribus Gloſſis Latinograecis*; Proſicium, *apud Feſtum; &* Praeſiciae, *in Arnob. lib.* VII. *Sic &*, Inſicia, *apud Varronem lib.* IV. *de lingua Latina, &* Subſiciuus, *nam ita in uetuſtis libris perpetuo ſcribitur; &* Exſicare, *apud Plautum Ruden.* Quin tu in paludem is, exſicasq. harundinem. *ſic uet. codices habere, Hadr. Turnebus monuit, quod perperam a quibuſdam immutatum fuerat. Multa autem concurrunt, qui*

in hanc opinionem adducar. In ueteri Lexico, manu exarato, quod penes Me habeo, quo loco, de uerbo, Seco, agitur, eiusq. deriuatis, & compoſitis ſic ſcriptum reperi : Diſſeco, as. inde Diſſectus, uel Diſſecatus, & Diſſectim aduerbium, & Diſſicio. *Et in littera* D, Diſſicere, *diſſecare. Quia uero huiuſmodi Lexicis non multum exiſtimo tribuendum eſſe, ſcioq. quamplurima in iis eſſe inepta, & abſurda, teſtis accedat locuples, omniq. exceptione maior, Priſcianus, qui libro* XIV. *extremo, ubi de Dis, praepoſitione agit, docetque, quibus ea litteris, in compoſitione praeponitur :* Sciendum, *inquit*, quod tunc Dis praeponitur, cum ſequitur C, uel F, uel P, uel S, uel T, uel I, loco conſonantis; ut, Diſcumbo, Diſcutio, Differo, Diffido, Diffundo, in quibus S, in F, conuertitur, euphoniae cauſſa; Diſpliceo, Diſputo, Diſperdo; Diſſicio, Diſſero; Diſtraho, Diſturbo, Diſtorqueo, Diſiectus, Diſiungo. *Ita legendum, & litterarum ordo, & manuſcriptorum codicum auctoritas euincit, quorum plerique habent* Diſſitio, *quam etiam ſcripturam reperi in ueteri quadam editione Veneta: duo autem, omnium optimi,* Diſſicio, *ſupra quam uocem, in uno,* Diſ-*ſeco, ſcriptum eſt. ſed omnem ſcrupulum eximit Lactantius, qui lib.* II. *cap.* IIX. *narrans notam illam, & multorum ſcriptis celebratam, de Tarquinio, Priſco, & Attio Nauio augure hiſtoriam, ita ſcribit :* Cape igitur hanc, inquit,

cotem, eâq. nouacula diſſice. at ille, incun-ctanter, accepit, ac ſecuit. *Sic omnes lib. vet. uulgati, partim,* Diſiice, *partim,* Diſſeca. *Cicero, hanc ipſam rem narrans, dicit, Praecidere; Liuius, Diſcindere. Idem lib.* 3. cap. 17. *vbi aduerſus Epicuri atomos, diſputat,* Cum uero, *inquit,* tam minuta haec corpuſcula eſſe dicantur ut nulla ferri acie diſſici ualeant; quo modo hamos, aut angulos habent? *ſic libri uet. impreßi autē,* Diſiici. *Atq. idem auctor, in lib. de Ira Dei, c.* x. *de illis corpuſculis, ita ſcribit:* Tā diminuta ſunt, *inquit,* ut nulla ſit acies ferri tam ſubtilis, qua ſecari, ac diuidi poſſit. *Illo loco dixit,* Diſſici; *hoc,* Secari, ac diuidi. *Cū de huius uerbi ſignificatione cōſtet, iam locos quoſdā indicabo, in quibus ex antiquis monumentis, aut ex cōiectura, quaſi poſtliminio collocādū uidetur. Virgilius lib.* VII. *Aen.* Diſſice compoſitam pacem, ſere crimina belli. *Ita eße in omnibus antiquis cod. Pierius teſtatur; ita etiam eſt in omnibus quotquot uidi. Quamquam ille fallitur dum putat,* Diſſice, *pro* Diſice, *s geminato ſcriptum eße ea ratione, ut concitatius enunciaretur quod in aliis pleriſque uocibus a ueteribus factitatum eſt. Idem lib.* XII. ille ſecuri

Aduerſi mediā frontē mentumq. reducta
Diſſicit, & ſparſo late rigat arua cruore.

Sic libri uet. oēs. Quorū nonnulli, in interſtitio, ſupra cā uocē habent, i. Diuidit. *In uulg. eſt,* Diſiicit. *Reponēda quoq. eſt haec uox apud Val. Max.*

duo-

duobus locis. Vnus eſt lib. III. *cap. Qui a parentibus claris degenerauerunt : in quo de Q. Fabij Maximi filio, cui bonis a Pr. Vrbano interdictũ fuerat, ita ſcribit:* Dolenter.n.homines ferebant, pecuniã, quae Fabiae gẽtis ſplẽdori ſeruire debebat, flagitiis diſſici. *Sic ſcriptũ reperi in duobus antiquisſimis, & optimis exẽplaribus; ſic in ſuis Giſanius, & Pighius : quamquam neuter uerbi originem, & uim explicauit, Vſurpauit autem Pecuniã disſicere, eadẽ tranſlatione, qua Catull. in Caeſarem,* Paterna primũ lancinata, sũt bona. *et Plaut. in Sti.* Lacerare rem ſuã: *quod idẽ genus loquendi Salluſtius uſurpauit in coniuratione Catil.* Nam, quicũq. impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, uentre, pene bona patria lacerauerat. *ſic fere libri uet. nã uulgo legitur, Diſsipauerat. Atq. hic Valerij locus Me induxit ad conatũ emẽdandi locũ ueteris poetae apud Cic. in ea pro M. Coelio, quo loco patres ex comoedijs excitat. Apud eũ igitur comicum, Caeciliũ fortaſſe, pater uehemẽs, et durus, filiũ diſsolutũ, et perditũ, his obiurgat uerbis* Cur te ĩ iſtã uicinitatẽ meretriciã cõtuliſti? cur, illecebris cognitis, nõ refugiſti? cur alienam illã mulierẽ noſti? dele te, ac diſijce; p me licebit: ſi egebis, tibi dolebit : Mihi ſat eſt, q aetatis qđ reliquũ eſt oble&ẽ meae. *Quae poſtrema uerba & ſi bonã ſentẽtiã habere uideantur, ea tamen uti corrupta exiſtimẽ, adducor ex eo, quod ĩ uetuſtis lib. aliter cõcepta ſint; in*

hunc nempe modum; Dede, ac Diſce: *vnde conijcio legendum,* Dede, ac Diſſice, *id eſt, rem tuam dona, ac diſſipa, diſperde, profunde. Dedere autem, pro dare, a Plauto, Terentio, Lucretio, alijsq. antiquis auctoribus vſurpatum eſt. Hanc uero coniecturam ea, quae ſtatim ſequuntur, adiuuare uidentur, Si egebis, tibi dolebit, &c. Sic fere Demea Terentianus, triſtis, & directus pater, de Aeſchine filio, cum Mitione, leni, & clemente iurgat:* Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet, *Adelph. act.* 1. *ſc.* 2. *Atque idem Demea ſeueritatem, & aſperitatem in liberos, quia non bene ceſſerat, omittere cogitans, eosq. facilitate, & clementia ſibi in poſterum conciliare, ſic loquitur:*

Ego quoque a meis me amari, & magni
pendi, poſtulo.
Si id fit dando, atque obſequendo, non
poſteriores feram.
Deerit: id mea minime refert, qui ſum
natu maximus.

Act. 5. *ſc.* 4.

Alter Valerij Mar. locus eſt, lib. 8. *cap.* 15. *de cupiditate gloriae extr.* Illa, uero, *inquit*, gloriae cupiditas ſacrilega: inuētus eſt enim, qui Dianae Epheſiae templum incēdere uellet, ut opere pulcherrimo conſūpto, nomen eius per totum terrarum orbē diſſiceretur. *&c. Sic in duobus illis opt. exemplar. ſcriptū eſt; pro quo editiones omnes, quotquot uidere mihi contigit,*

tigit,habent Diffun deretur,*praeter Moguntinam anni Dom.* ∞ D L X X I. *quae, & hic, & alijs in locis, propius ad librorum manu exaratorum ſcripturam accedit. In ea autem legitur,* Diſiceretur. *Diſſici autem nomen dixit, eadem fere tranſlatione, qua Virg. lib.*8. *Aen.*

- tua terris didita fama.

i. diſſipari, vel diſpergi. Nam in ea ſignificatione verbum iſtud a veteribus uſurpatum fuiſſe argumento eſt locus Iſidori lib. X I X. *ubi de Triũphis diſſerit:* Duobus autem generibus, *inquit ille,* deletur exercitus,aut internicione,aut diſperſione. Salluſt. Hoſtes, inquit, oppreſſi, aut dilapſi,forent. Sic & utrumque Virgilius, de internicione -ſubmerſasq; obrue puppes. De diſperſione, Aut age diuerſos,& diſſice corpora ponto. *Quem locum deſcripſi ex cod. ſcriptis, in quorum uno ſupra τὸ* Diſſice, *ſcriptum eſt,i.*Diſſipa.*nam in uulgatis paullo aliter legitur. Ex quo apparet, Iſidorum apud Virg. legiſſe, Disſice: quam etiam lectionem agnoſcuat ueteres libri, cui tamen uulgatam,*Diſijce, *antepoſuerim,praeſertim cum aliquot poſt uerſibus dicat,* Diſiectam Aeneae toto uidet aequore claſſem. *Reddenda quoq; eſt uox iſta Plauto in Curcul. act. 3.* Clipeatus elephantum ubi machaera diſſicit. *Sic eſt in ueteribus editionibus, ſic fere in ſuo uet. codice C. eſſe teſtatur: atque ita plane legendum puto:*

to; quamuis Feſti, & Nonij auctoritas refraga ri uideatur. Hic enim ita ſcribit: Diligere, manifeſtam habet ſignificationem, ut plerumque: Diligit, diuidit. Plautus Curcul. Clipeatus elephantum ibi machaera diligit. *Quae lectio inde recentiores Plauti editiones inuaſit. Feſtus autẽ,* Dirigere, *inquit,* apud Plautum inuenitur pro Diſcindere*: ita puto leg. pro Diſcedere, quo modo etiam hic locus adducitur a C..... Sed vtriuſque tamen libri vereor, ut non ſatis emendati ſint; atque, ut id verear, facit, quod locus ille Nonij in uet. impreßis ſic vulgatus eſt:* Diſiicere manifeſtam habet ſignificationem, ac plerumque diligit diuidit. Plautus Curcul. Clipeatus elephantum ibi machaera diſiicit. *Quod me monuit Io. Paſſeratius: atque hoc etiam, illud Nonij* Rumpere; Rumpere, diſiicere. Virg. Buc. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis; *ſic in vet. cod. ſcriptum exſtare,* Rumpere, *diſſicere ſic & Ouid. in* XI. *Metamor. hac uoce vſus eſt de Halcyone, Ceycis uxore,*

-& nondum totos ornata capillos
Diſſicit hos ipſos, colloq. infuſa Mariti, &c.

Nam, ita veteres ſuos libros habere, Giſanius teſtatur: quo modo etiam in ijs, quos uidi, ſcriptum eſt, praeterquam in uno, in quo, Diſſicat, *legitur. Atque idem lib.* V. *de Cerere*

-inornatos laniauit Diua capillos.

Seneca

Seneca in Agamemnone actu 5. inducit Caſſandram, de Agamemnone, qui tum occidebatur, capite ueſte obuoluto, haec dicentem:

At ille, ut altis hiſpidus ſiluis aper
Cum caſſe uinctus, tentat egreſſus tamen,
Artatq. motu uincla, & incaſſum furit;
Cupit fluentes undique & caecos ſinus.
Diſſicere, & hoſtem quaerit implicitus ſuum.

Sic lib. ueteres, pro quo impr. Diſicere, *de quo a N. Fabro admonitus ſum.*

Sed & in Valerio Flacco, lib. 3. Argon. haec uox reponenda eſt;

ſocia ſed diſſicit agmina claua.

ita libros manuſcr. habere, uiri docti teſtantur; quamquam non intellexerunt, aut non ſaltem explicarunt. uulg. Diſiicit.

Et in Prudentio, duobus locis:

hymno 1. καθημερινῶν extremo,

Tu Chriſte, ſomnum diſſice,

ita liber ſcriptus optimus: ad cuius oram adnotatum eſt, i. Diſſipa, diſperge, diſcute.

Alter locus eſt in hymno de Laurentio, περὶ στεφάνων:

Cum membra morbus diſſicit.

Ita v. l. quod etiam Giſanius indicauit. excuſi partim, Diſiicit, *partim,* Diſſecat.

Id paene oblitus fueram, illud Naeuij Gymnaſtico; Saxa, ſiluas, lapides, montes, diſiicis, diſpulueras; *ſic in uetuſtis cod. ſcriptum eſſe,* montes diſſicis, diſpulueras. *apud Non.* Diſpuluerare. *Atque hoc Memmius mihi indicauit*

Haec habui a Claudio Puteano, Pariſienſe, iuuene eruditiſſimo

DOLABELLA, *non,* DOLOBELLA, *cognomen Corneliorum. libri ueteres, & Etymologia: uenit enim a Dolabra, per deminutionem: lapides Capitolini, & alij*

In Illyrico Epidauro, ad Scauri Montis radices prope Sacellum D. Thomae, repert. an. ∞ DXLVII. *& ad uineam Vrſi Geruini translat.*

DOMITIVS, *cum* T *lapides Capitolini, & alij; & nũmus argenteus Andreae Lauretani, in quo eſt* CN. DOMITIVS. AHENOBARBVS. *& alius Matthaei Forerii, itidem inſcriptus. quattuor item argentei Rinaldi Odonii, auunculi mei, ſic inſcripti,* IMP. CAES. DOMITIANVS. AVG. GERM. R. P. V. II. *& ſeptem aerei eiuſdem, ſic a latere inſcripti,* CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS. COS. II. *ab altero uero,* FELICITAS. PVBLICA.

&

& duo eiuſdē argētei, ſic inſcripti, IMP. CAES. DOMITIANVS. AVG. GERM. R. P. V. I I. *duo item eiuſdem,* CAESAR. D. F. DOMITIANVS COS. VII. *Octo item eiuſdem, aerei, ſic inſcripti, ab uno latere,* CAESAR. AVG. F. DOMITIANVS. COS. I I. *ab altero autem* F E L I C I T A S. PVBLICA. *& meus, in quo eſt,* IMP. C A E S. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR P XI. *item duo eruditiſſimi uiri, Laurentij Maſſae, a Secretis Reip. Venetae, qui ſic habent,* CAESAR. AVG. F. DOMITIAN. COS. V. *& alius eruditi iuuenis, Iulij Iacobonij, Interamnatis,* CAESAR. DIVI. F. DOMITIANVS. COS. V I I. PRINCEPS. IVVENTVTIS

Romae, ad D. Mariae in uia, apud Octauium Pantagathum

Ad D. Nicolai Capucinorum, ad radices Quirinalis

Ad D. Agnetis

Ad S. Quiricum

Ad D. Paulli

Prope D. Mariae Monticelli, in pariete Piſtrini

Ad Portam Appiam, in uinea quadam

In domo Caeſia

Sub Monte Caſinate, non procul ab opido S. Germani

Praeneſte

Neapoli, in aed. Hadriani Gulielmij

Veronae

Brixiae, in Foro

DIVLIVS, *non*, DVILLIVS, *aut*, DVELLIVS, *familia Romana lapides Capitolini, & alij*

Aquini, in ſuburbio

Quamquam in aliam ſententiam reuocor auctoritate Ciceronis, cuius haec ſunt in Oratore; Quid uero licentius, quam quod hominum etiam nomina ueteres contrahebant, quo eſſent aptiora: nam, ut Duellum, Bellum; & Duis, Bis; ſic Duellium, eum, qui Poenos claſſe deuicit, Bellium nominauerunt; cum ſuperiores appellati eſſent ſemper Duellij. Vide & Quinctil. lib. I. Belliorum exſtant inſcriptiones

DVMTAXAT, *cum* M.*libri ueteres, & lapides Rauennae*

Venetijs, apud Antonium Grimanum, Patriarcham Aquileien. patritium Venetum, in tabella

DVROCORTORVM, *non*, DVROCORTVM. *libri ueteres, & Ptolemaeus, qui,* Δουροκόρτορον. *Male apud Strabonem,* Δατινόρτορον.

ECLOGA

E

ECLOGA, *non*, EGLOGA; *aut*, AEGLOGA. *a Graeco*, Εκλογὴ

EPISTOLA, *non*, EPISTVLA. *nam deducitur ab* Επιςέλλω. *Vt igitur Stola, & Apoſtolus, quae ab eodem uerbo manifeſte deducuntur, ſic Epiſtola libentius dixerim, quam Epiſtula. quamquam non ignoro, Epiſtula potius reperiri in antiquis monumentis. Graeci quidem*, Επιςολὴ, & Διαςολὴ, *quod ab eodem uerbo deriuatur. Epiſtolium autem cognomen cum O, legitur in perantiquo Tiburtino lapide, apud Octauium Pantagatum, meum*

EPISTVLA, *tamen, legitur in decem lapidibus*
Romae, in baſi, reperta in Antonianis
Ad aedem D. Luciae in ſilice in, capite Suburae
In aedibus Atilij Delphinij
Ibidem
In aedibus Capranicorum
In aedibus Benzoniorum, ad D. Marci
Romae
Retro Arcum Conſtantini, in muris uineae cuiuſdam
In aedibus Maſaeiorum
Ibidem, e Caeritib. allat.

Gratiae, Arcis munitiſſimae, in Styria, in palatio Archiducis Caroli, in atrio eiuſdem

ETRVSCVS, *ſine Adſpiratione. libri ueteres, lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Andreae Lauretani, ſic inſcriptus,* HER. ETRVSCILLA. AVG.

Romae, ad D. Caeſarij, prope Pontem Xyſtum
In Agro Senenſi, in pila Aquae Benedictae
Vulſinijs

EVLOGIVM, *non,* ELOGIVM, *aut* ECLOGIVM. *libri ueteres, & Graeca conſuetudo*

EXHODVS, *cum Adſpiratione: quia componitur a Graeco,* Ὁδὸς: *nec aliter libri ueteres*

EXSATIO, &, EXSATVRO, *recepta S. ratione cōpoſitionis, & ueterum librorum auctoritate. Virgilius Carpenſis lib.* VII. *in illo uerſu*

" *- at crede mea numina tandem*
" *Feſſa iacent, odijs aut exſaturata quieui,*

Exſaturata, cum X S, *habet. Nec me mouent quidam, qui in* X; C, & S, *litteras ineſſe dicunt, ideoq.* S *ſuperfluum eſſe contendunt. nam in Extundo, Exhilaro, Exprimo, Expoſco, & ſimilibus,* S *littera non eſt neceſſaria: cum eorum uerborum origo ſit Tundo, Hilaro, Promo, Poſco: & tamen, cum in* X *ſit* C, & S, *ut ijdem dicunt,* S *his quoque adſcribimus: in ijs autem uerbis, ubi ex*

compo-

compoſitione manifeſtum eſt, s litteram eſſe; x contenti eſſe debemus?

Exscribo, *non*, excribo. *eſt enim manifeſta compoſitio:&,quamquam* s *in pronunciando nō ſatis intelligitur, abijcienda tamen, in ſcribendo, non uidetur*

Exsilio,*uerbum,non,*exilio.*recepta prima uerbi littera. nam componitur ab Ex, & Salio*

Exsolvo,*cum* s. *ratione compoſitionis.Virgilius Carpenſis in* x i. *Paulatim exſoluit ſe corpore & lapides*

Romae,in Inſula Tiberina,in baſi.

Exspecto,*cum* s.*componitur enim ab Ex,& Spe ℓto,non Peℓto, quod aliud ſignificat, ſic libri ueteres, Quinℓtilianus, Velius Longus, & Teren-*
» *tius Scaurus Grammaticus,his uerbis:Cum, Ex-*
» *peℓtatus, Exulet, ſine* s *littera ſcribuntur; ſcri-*
» *bendi ratio corrupta eſt: cum alioqui adieℓta ea*
» *debent ſcribi; quoniam ſimiliter,Solum,Speℓta-*
» *tusque,dicatur &,adieℓta praepoſitione, ſaluum*
» *eſſe illis initium debeat. Virgilius quoque Carpenſis in illo uerſu,lib.*1.*Georg.*

» *Expeℓtata ſeges uanis eluſit ariſtis*

Expeℓtata,cum x s, *habet. Et alibi,in eodem libro eodem modo ſcriptum animaduerti*

Exsto

EXSTO, ſcribo, non, EXTO. ratione compoſitionis, ab EX, & STO. libri uet. Virgilius Carpenſis in VI
" humeris exſtātem ſuſpicit altis. & lapides
Romae, in Aedibus Cecchinorum

EXSTRVO, cum S. ab EX, & STRVO. libri, & lapides
Romae, ad D. Petri Baſilicam
Infra Praeneſte, in uinea quadam
Extruxit, tamen, ſine S, legitur
Ocricoli, in Burgo
In horto Paganorum, ſub Caſerta
Neapoli

EXSVDO, cum S. Virgilius Carpenſis, & Vaticanus

EXSVLO, cum S Scaurus, ſecutus, opinor, analogiam quia, Exſul, dicitur, quaſi Ex ſolo eiectus. Iſidorus quoque, lib. I. cap. 26. & Nonius Marcellinus, eum Exſulem, dicunt, qui Extra ſolum eſt

EXSVPERO. quia componitur ab Ex, & Supero; & S retinet antiqua ſcriptura. libri ueteres, & Virgilius Carpenſis

EXSVRGO, non, EXVRGO, & ſimilia, ſcribo, conſeruata prima uerbi littera. Scaurus etiam idem uidetur ſenſiſſe, cum dixit, ſic ſcribendum, Exſpecto, Exſulo, & ſimilia

FA-

F

Fabricivs, *cum* c.*libri, Graeca conſuetudo, lapides Capitolini, & alij*

Venetijs, apud Rinaldum Odonium, auunculum meum

Romae, in Ponte Tranſtiberinae inſulae

Fabrvm, *non,* fabrorvm, *probaſſe Cicero uidetur.*
» *Eius haec ſunt, in Oratore: Iam, ut Cenſoriae Ta-*
» *bulae loquuntur, Fabrum, & Procum, audeo di-*
» *cere, non, Fabrorum, & Procorum*

Facillimvs, &, difficillimvs, *ſcribo, cum gemina* l l, *ut producatur ſyllaba, quae alioqui breuis eſſet: in quo me mouent exempla Poetarum. Alijs placet ſcribi unica* l: *cum quibus non diſputo. ſuum enim quiſque amat; &, ut in Prouerbio eſt Sua cuique ſponſa*

Romae, in aede D. Priſcae, in Auentino

Faesvlae, *opidum Etruriae, cum Ae diphthongo Graeca conſuetudo, & lapides*

Moguntiaci

Viterbij uero exſtat Decretum quoddam Deſiderij Longobardorum Regis, Longobardicis litteris conſcriptum: in quo Feſulanis, ſine diphthongo, legitur

Fa-

FALISCI,*populi,non,*PHALISCI. *libri ueteres, & lapides Capitolini*

FAEX, *cum Ae. libri ueteres*

FANNIVS, *duplici* N N, *familia Romana. libri ueteres, & lapides Capitolini*

FECVNDVS, *ſine diphthongo. Varronis uerba ſunt ex lib.* III. *de Latino ſermone, apud Gellium lib.* XVI. *cap.* 12. *& Nonium Marcell. Fenerator a Fenore eſt cognominatus. Fenus autem dictum a Fetu, & quaſi Fetura quadam pecuniae parientis, atque increſcentis. & iccirco & M. Cato, & ceteri Aetatis eius, Feneratorem, ſine A littera, pronunciarunt; ſicuti, Fetus ipſe, & Fecunditas. appellata*

In Fauſtinae minoris, & aliarum Auguſtarum denarijs, & aſsibus, FECVNDITAS, *ſiue,* FECVNDO. AVGVSTAE

FELIX, *ſine diphthongo. libri ueteres, lapides Capitolini, & alij; & tres nummi argentei Andreae Lauretani, unuſq. Matthaei Foterij, ſic omnes inſcripti,* FAVSTVS. FELIX. *& aerei uiginti Rinaldi Odonij, quorum octo, ab uno latere,* IMP. GORDIANVS. PIVS. FEL. AVG. *ab altero uero,* FELICITAS. TEMPORIS. *Sex item eiuſdem, ab uno latere,* CAESAR AVG F. DOMITIANVS COS. II. *ab altero* FELICITAS. PVBLICA. *itẽ ſex, quorũ primus ab uno latere,* MARCIANA. AVG. *ab altero* FELICITAS. SAECVLI. *ſecundus ab uno latere,* IVLIA. PIA. FEL. AVG. *ab altero,* FELICITAS. AVGV-

STI

STI. *tertius*, IMP. COMMODVS. ANT. P. FEL. AVG BRIT. *quartus*, IVLIA. MAMMAEA. VENERI. FELICI. *quīctus*, VENVS. FELIX. *ſextus*, FAVSTINA. AVG. CRESCENTIVM. FELICITATI. *&* *nouē aerei Laurentii Maſſae, primus ab uno latere*, IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. P. P. COS. VI. *ab altero*, FELICITAS. PVBLICA. S. C. *Secundus, ab uno latere*, IVLIA MAMMAEA. AVGVSTA *ab altero uero*, FELICITAS. PVBLICA. *Tertius, ab uno latere*, HADRIANVS. AVGVSTVS. *ab altero*, FELICITATI AVG. COS. III. T. P. *Quartus ab uno latere*, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *ab altero*, FELICITAS. AVG. *Quinctus, ab uno latere*, IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. POT. *ab altero*, FELICITAS. *Sextus, ab uno latere*, IVLIA MAMMAEA. AVGVSTA. *ab altero*, VENERI. FELICI. *Septimus, ab uno latere*, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *ab altero*, FELICITAS. *Octauus, ab uno latere*, IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. T. P. COS. . . . . *ab altero*, FELICITAS. PVBLICA. *Nonus ab uno latere*, IMP. GORDIANVS. PIVS. FEL. AVG. *ab altero*, IOVI. STATORI. *Et octo mei aerei, tres ab uno latere*, IVLIA. MAMMAEA AVGVSTA. *ab altero*, FELICITAS. PVBLICA. *quartus, quinctus, & ſextus ab uno latere*, IMP. GORDIANVS PIVS. FEL. AVG. P. M. TR. P. III & V. COS. II. & IIII. P. P. *ab altero*, VICTORIA. AETERNA. &, PAX AETERNA. &, P. M. TR. P. IIII. COS. III. P. P. *Septimus, ab uno latere*, IVLIA. MAMMAEA. AVGVSTA

ab

ab altero, VENVS. FELIX: *Octauus,ab uno latere* IMP.DIOCLETIANVS.AVG.*ab altero,* FELICITAS.AVG.*Et tres Antonii Ritiardi,Aſulani,amiciſsimi mei,& eruditi hominis, omnes ab uno latere* IMP.GORDIANVS.PIVS.FEL. AVG. *ab altero* AETERNITAS. AVG.*&*,IOVI. STATORI.*&* P.M.TRIB.P.IIII.COS.II.P.P. *Itē duo, quos Io. Baptiſta Gauardus Aſulanus mihi dono dedit,primus ab uno latere,*IMP.CAES.'AVG. P. M. TR. P. COS.VII.*ab altero,*FELICITAS. PVBLICA. *Alter,ab uno latere,*IVLIA.MAMMAEA.AVGVSTA. *ab altero,*FELICITAS. PVBLICA. *Habeo & ipſe nummū argenteū,quē abhinc quinqueniū,praeſtāti humanitate,ſingulariq. doctrina, praeditus, Xyſtus Medices,mihi dono dedit,in quo hae litterae legūtur,*IMP.GORDIANVS.PIVS. FEL. AVG. *Eſt itē alius argēteus,apud Antoniū Auguſtinum, Epiſcopū Ilerdenſem, his litteris,* FEELIX. FAVSTVS E *littera duplici.Quo modò in aliis,*C. NVMONIVS VAALA *ſe uidiſſe,teſtatus eſt mihi Fuluius Vrſinus meus,pereruditus homo,antiquitatisq. acerrimus indagator. In inſcriptione quoq; antiqua Reate,* HONOREEM *legitur; & Aletri, ſub porticu D.Mariae, ī tabula antiquiſsima* VAARVS,*duplici* AA *p,Varus.Vidēdus & Politianus in Cēt.ſiue Miſcell.cur* FEELIX,*&* SERVEILIVS *ſcriptum fuerit a ueteribus. Sic,* FOVRIVS, *&,* OPEIMIVS,*&*,MVSA,*quae omnia in denariis leguntur, qui ſunt apud Antonium Auguſtinum Romae,ad D.Rufinae,trans Tiberim.*

In

In Aedibus Bruti Vallen.
In Aedibus Maſaeiorum
Ad Columnam Antonini, ſupra oſtium cuiuſdam domus
Ad D.Marci
In Aedibus Caeſiis
In Muſaeo eiuſdem Cardinalis
In hortis Fabianini Montij
Via Flaminia, ad D. Andreae, prope Pontem Muluium
Ad Forum Iudaeorum
Ad D. Petri in Monte aureo trans Tiberim in pariete domus cuiuſdam
Infra Capitolium, ad D. Io. in Mercatello, in pariete domus cuiuſdam
Ad Forum Mali aurei in pariete cuiuſdam domus
In aedib.Euryali Rufini, ad Buſta Gallica
In domo de Valle
Ad D Caeciliae,trans Tiberim
Ad D.Io.Lateran.
In domo priuata, inter Fontem Triuij & Quirin.
Ad D. Mariae, in uia, ſupra oſtium domus cuiuſdam
Apud me
Ad D. Mariae,in porticu
Ad D.Clementis
In Porticu Templi Iunonis
In Aedibus Sudorinorum,ad D.Rocchi
In Aedib. Aurelij Matthaeij, trans Tiberim

In domo Io.Coritij,ad Forum Traiani
Ad D.Angeli,in Foro Piſcario
Ad D.Paulli
In Aedibus Franciſci Liſchae
In uinea Io.Poggij,Epiſcopi Tropien.
Ad D.Mariae in Domnica, in Monte Coelio
In ſacello, uia publica, inter D. Crucis in Hieruſalem,& D.Io.Later.
Reate, in aedib.Laurentij Sonantii
Fabriani,in Aedibus Comitis Vbaldi Mauentii
Baßiani
Fani,in Columna quadam
In Aequicolis
Fulginei
Beneuenti,ad D.Euſtachii
Capuae,ad D.Vincentii
Nolae
Puteolis
Salerni
Ibidem,in Cathedr.Eccleſia
Compſae
In Arce Mondraconis
Praeneſte
Labelli,Apuliae opidi
Extra Mirabellam
Mediolani
Piſis
Venetiis,in Turri Sancti Vitalis
Patauii,in Aedibus Alexandri

Veronae

Veronae

Polae, poſt altare S. Matth. extra moenia

Flerii, in Aede D. Zeni

In ſcopulo Corcyrae Nigrae, prope Coenobium Sodalium Franciſcanorum

FEMINA, *ſine diphthongo. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides*

Romae, ultra emiſſarium Aquae Virg. ſupra oſtium quoddam

Ad D. Stephani in Silice

Ad Pontem Ceſtium

Trans Tiberim, uia publica, ad D. Andreae

Nuceriae

Neapoli

Brixiae

Mutinae

In agro Vicetino, in monte Sumano

FENVS, *&, Feneror, ſine diphthongo. ſic enim*
„ *uidetur ſenſiße Feſtus, cum, haec dixit: Fenus*
„ *appellatur naturalis terrae Fetus: ob quam cauſ-*
„ *ſam & nummorum fetus Fenus eſt uocatum, &*
„ *de ea re Leges Fenebres. Fenus, & Fenerato-*
„ *res, &, Lex de credita pecunia Fenebris, a Fetu*
„ *dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud*
„ *Graecos eadem res* Τόκος *dicitur. Fenum quo-*
„ *que Pratorum ab hac cauſſa eſt appellatum*
„ *quando idipſum, manens quotannis, nouum pa-*
„ *rit. Vnde etiam Feſtuca uocata eſt. Idem*

etiam tradit M.Varro l.3.de Latino ſermone,cuius uerba ſupra recitauimus in uerbo, FECVNDVS. Quamquam lib. VI.ſcribat, aetate ſua, ab aliis cum Ae, ab aliis ſine A ſcribi ſolitum. Cloatius Verrius, in librorum quarto, quos inſcripſit Verborum a Graecis tractorum, apud Gel. lib.
„ XVI.ca.12.Fenerator,inquit, appellatus eſt(ait
„ Hypſicrates, grammaticus; cuius libri ſane nobi-
„ les ſunt ſuper iis, quae a Graecis accepta ſunt)
„ quaſi φαινερὸτερον, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότε-
„ ρον: quoniã id genus hominũ ſpeciem oſtentent hu-
„ manitatis, & commodi eſſe uideantur inopibus
„ nummos deſiderantibus Huius inconſtantiae ſigna ſunt in antiquis & lapidibus, & libris; cum alii, Fenus; alii, Faenus, habeant

Romae, ad D. Laurentii in Lucina, in Columella.

Anagniae quoque, ad D. Paulli, exſtat antiquae inſcriptionis fragmentum, in quo FOEN. cum Oe legitur. An autem de Fenore, uel Feneratoribus, ibi mentio ſit, iudicium aliis relinquo

FESCENNINVS, duplici NN. Virgilius Carpenſis Aen.lib.VII

„ Hi Feſcenninas acies, aequosq. Faliſcos &c.

Quamuis Feſtus a Faſcino uideatur deducere

FETIALES, cum T. Graeca conſuetudo, libri, & lapides

Fe-

FETVS, *ſine diphthongo Varro, uerbis, ſupra recitatis; libri ueteres, & Virgilius Carpēſis, et lapides Romae, infra Capitolium, ſupra cuiuſdam domus oſtium*

FLAMEVS, *color, unica* M. *libri ueteres. Feſtus etiam unica* M. *videtur ſcripſiße; cum dixit; Flameum colorem dictum eſſe, eo quod eo uteretur Flaminis uxor Flaminica. Flamen autem unica* M, *ſcribi, nemo, paullo humanior, neſcit*

FLAMININVS, *non*, FLAMINIVS, *ut in multis libris; Quinctiorum cognomen. lapides Capitolini*

FLAMINIVS, *gentis Romanae nomen, unica* M. *lapides Capitolini*

FLAMMA, *duplici* MM. *libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides*
Romae, in Muſaeo Carpenſi.

FOEDARE, *pro, Inquinare, cum Oe. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides*
Romae, ad Forum Traiani, ante Aedes Io Coritii.

FOEDVS, *cum Oe. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides*
Camerini.
Romae, in Foro R.

In Biſilica quoque Lateranenſi cuiuſdam Decreti fragmentum exſtat, in quo FOEDVS, *cum Oe legitur*

FRENTANI, *non*, FERENTINI, *legitur in libris ueteribus, ac in Ptolemaeo, & Strabone.* φρεντανοὶ *enim apud eos legitur*

FRENVM, *ſine diphthongo. libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

FRETVM, *legitur in antiqua inſcriptione*
Tegeani, in Calabria

FVFICIVS, *unica* F. *libri, & lapides*
Romae, in Aedibus Gaſparis Scapuccij, Canonici Lateran.
Aſiſij, in Foro
Caeſenae, in Aed. clariſſimi uiri, Iuliani Fantagucij

FVFIDIVS, *unica* F. *libri ueteres, lapides Capitolini, & alij*
Romae, ad D. Aegidij
In Aedibus Atilij Delphinij
Pontis Curui, ad D. Angeli

FVFIVS *Kalenus, legitur in argenteis nummis, non Fuſius*

GENI-

G

GENITRIX, *non*, GENETRIX. *non enim dicimus*, GENETVS, *ſed*, GENITVS. *Praeterea ſic eſt in antiquis lapidibus*

Romae, infra Capitolium, ſupra cuiuſdam domus oſtium

Galeate, in Templo

Nummus tamẽ aereus, quem ipſi uidimus, Alexandri Toti, ab uno latere habet, FAVSTINAE. AVG. PII. AVG. FIL. *ab altero uero*, VENERI GENETRICI. *Et alius aereus Laurentij Maſſae ab uno latere*, LVCILLA. AVGVSTA. VENVS. GENETRIX

Et antiquus lapis, Romae in inſula Tiberina, GENETRIX, *habet*

GENVCIVS, *cum* C, *familia Romana. libri, lapides Capitolini, & alij*

Romae, apud Rainutium Farneſium Card.

GENICIVS, *Nuceriae, ad D. Mariae ad Montem*

GLAEBA, *cum Ae diphthongo. ex antiquiſſimis libris, & ex Virgilio Carpenſi*

GOTHI, *populi, cum Adſpiratione. libri, & lapides*

Romae, ad Pontem Salarium, tertio ab Vrbe lapide

H

HADRIANVS, & , HADRIA, *cum Adſpiratione Pontanus, libri ueteres Latini, contra Graecos, qui Adſpirationem abijciunt; & nummus argenteus Alexandri Toti, in quo eſt*, HADRIANVS. AVGVSTVS . *& tredecim Andreae Lauretan qui ſic omnes habent*, HADRIANVS. AVG. *& duo argentei Rinaldi Odonij, auunculi mei, itidem inſcripti. quattuor eiuſdem*, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *tres eiuſdem*, IMP. CAESAR. TRAIAN. F. HADRIANVS. AVG. *alter eiuſdem*, IMP. CAESAR. HADRIANVS. TRAIANVS. AVG. *& ſeptē aerei eiuſdē*, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *& triginta tres eiuſdem*, IMP. CAESAR. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG. *& duo eiuſdē*, SABINA. AVGVSTA. HADRIANI. AVG. F. *et tres aerei Laurētij Maſſae, ab uno latere omnes*, HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. *ab altero uero, primus*, AFRICA. *ſecundus*, SPES. P. *tertius*, FORTVNA. AVG. *Eiuſdē tres*, IMP. CAESAR. TRAIANVS. AVG. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. *Eiuſdē duo*, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *ab altero uero latere*, PAX. AVG. *Eiuſdem duo*, IMP. CAESAR. TRAIAN. HARRIANVS. AVG. P M. TR. POT. COS. III. *Eiuſdē duo*, HADRIANVS. AVGVSTVS. P. P. *ab altero uero latere*, HILARITAS. AVG. *Eiuſdem ab uno latere*, HADRIANVS. AVGVSTVS. *ab altero uero*, FELICITATI. AVG. COS. III. P. P.

Eiuſdem

Eiuſdem ab unō latere, HADRIANVS.AVG.COL. P.P.COS.III.P.P.*ab altero,* FELICITAS.*Eiuſdē, ab uno latere* HADRIANVS. AVG. COS.III.P.P. *ab altero,* FORTVNAE. *Eiuſdem,* IMP. CAES.T. AEL.HAD.ANTONIVS.AVG.PIVS.PP. *Eiuſdē,* HADRIANVS. AVGVSTVS. *a latere uero,* COS. III. *Eiuſdem,* HADRIANVS.AVG.COS.III.P.P. *Eiuſdem,* FAVSTINA. AVGVSTA. HADRIANI. AVG.PII.*Eiuſdem ab uno latere,* SABINA AVGVSTA.HADRIANI.AVG.PII. *ab altero uero,* PIETAS.AVG.*Eiuſdē,* SABINA.AVGVSTA.HADRIANI.AVGVSTI. *Et unus Antonij Ritiardi, Aſilani, hominis eruditi* HADRIANVS. AVGVSTVS. *& mei, tres aerei, primus ab uno latere* IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANVS. AVG. *ab altero,* PONT.MAX.TR.POT.COS.III.S. C. *Secundus, ab uno latere,* HADRIANVS. AVG. COS. *ab altero,* S. C. *Tertius, in quo eſt,* IMP.TRAIANVS. HADRIANVS. AVG. *Vidi & Romae apud ueteramentarium quendam nummos aereos Hadriani quadragintaſex, in quibus hoc nomen ſemper adſpiratur. & lapides omnes*

Romae, via Nomentana
In mole Hadriani
Ad Aedes Mariani Coccini, in Foro Traiano
Sub Porticu Capitolina
In aedibus Capranicorum
In Domo Caeſia
In Vinea Carpenſi

Effoſs. Romae, anno ∞ D L X I I. *dum ibi eſſem aduerſus Aedes Marſilij Caphani*

In aedibus Maſaeiorum

Tiferni, in Vmbria

Cyperani, quod opidulum e Fregellanorum reliquijs conſtructum eſt, in pariete hoſpitij cuiuſdam publici, tab. marm.

Formijs, uia Appia

Peruſij

Fundi extra Vrbem, in Porticu D. Franciſci

Sueſſae, inter Capuam, & Formias

Anagniae, in Cathedrali Eccleſia, in tabulis duabus marmoreis, quarum uni primus, alteri uero poſtremus uerſus deeſt

Auximi, in Piceno

Surrenti

Extra Mirabellam

Piſis

Brixiae

Tergeſte

Tarraconae, in Hiſpania

Ad Emeritam Auguſtam, Romanorum quondam nobiliſſimam Luſitaniae Coloniam, a militibus emeritis, ab Aug. Caeſare deductis, appellatam in uia Militari, ſingula miliaria ſingulis columnis diſtincta ſunt: in quibus Hadriani nomen legitur

Aquiflauiae, in Luſitania, quae nunc Villa eſt ſatis nobilis, Chaues uulgo appellata, ad Sacellum Angeli cuſtodis, in columna

HAEDI,

HAEDI, *cum Ae. ex antiquiſſimis libris, Virgilio Carpenſi, & Vaticano, & Velio Longo in libello de Orthographia, & M. Varrone de Serm. Lat.*
» *lib.* IV. *cuius haec ſunt: Hircus, quod Sabini Fir-*
» *cus, & , quod illic Fedus, in Latino rure Hedus*
» *quod in Vrbe, ut in multis,* A *addito, Haedus*

HALICARNASSVS, *gemina* SS. *Graeca conſuetudo*

HANNIBAL, *cum Adſpiratione. ex libris antiquiſſimis Latinis. Graeci enim, ut antea dixi, Adſpirationem reiecerunt. lapides*
Florentiae

HARIOLVS, *inquit Donatus in Terentium, quaſi* FARIOLVS; *a Fatis, & a Fando.* H *enim pro* F *& item* F *pro* H *in multis locutionibus mutabantur. An ab halando? nam halitu ſolent excludere uelut mortalem animam, ut diuinam recipiant; Hiſpani quoque Fumum uulgari ſermone appellant Humum, & Ferrum dicunt Hierro.*

HARVSPEX, *cum Adſpiratione. Donati uerba ſunt*
» *in Terentij Phormionem act. 4. ſc. 4. Haruſpex*
» *ab Haruga nominatur. nam Haruga dicitur ho-*
» *ſtia, ab hara, in qua concluditur, & ſeruatur. Ha-*
» *ra autem eſt, in qua pecora includuntur. Plautus*
» *Ruſticus, hircus, hara, Moſtellaria. Haec Dona-*
» *tus. Accedunt lapidum teſtimonia*
Romae, ad D. Marci, in aedib. Papirij Capiſuchij

In

In Aequicolis.
Aquini

HASTA, *cum Adſpiratione. libri ueteres, & lapides*
Romae, in aedibus Atilij Delphini.
Fulginei

HAVE, *cum Adſpiratione. libri, & lapides*
Romae, in hortis D. Petri ad Vincula
In aedibus Io. Zabrerae, ad Fontem Triuij
In Muſaeo Carpenſi
Neapoli
Vulſinijs
Oſtiae, ad Eccleſiam Cathedr.
Saſſinae, in Cathedrali Eccleſia
Patauij
Salerni
Piſis
Romae, in aedibus Marij Oddi
In hortis Iulij Tomarotij
Ibidem

Alias quoque praetereo. nam ſunt Arimini plures, in quibus Haue legitur, & Oſtiae. Aue autem, ſine Adſpiratione, raro admodum ſcriptum anim aduerti
Mediolani, in aedibus Io. Iacobi Triuultij

HECATE, *cum Adſpiratione. Graeca conſuetudo, & lapides*

Romae, ad D. Petri.

HEHE, *dolentis. libri ueteres*

HELVO, *cum Adſpiratione, & unica* L. *Feſtus, his*
„ *uerbis: Heluo, dictus eſt, immoderate bona ſua cō*
„ *ſumens, ab Eluendo. Cui adſpiratur, ut auiditas*
„ *magis exprobretur. fit enim uox incitatior.*

HERACLEA, *Sintica non Sentica, reperio ſcriptum apud Ptolemaeum, Liuium lib.* XLII. *&* XLV. *& Pli. lib.* XII. *cap.* X.

HERENNIVS, *duplici* NN. *lapides Capitolini, & alij; & duo nummi argentei Andreae Lauretani quorum unus*, , HERENN. *alter*, HER. ETRVSCILLA. AVG. *item alius Alexandri Toti*, M. HERENNI

Romae, ad D. Paulli
Ad D. Saluatoris, trans Pontem, D. Mariae
In domo Carpenſi
Firmi, in Piceno
Nepetae, in Cathedrali Eccleſia.
Neapoli uero, cum Ae, Haerem. legitur

HERES, &, HEREDITAS, *ſine diphthongo. libri ueteres, Feſtus, & lapides*

Romae, in aedibus Procuratorum
Ibidem

In

In aedibus Capranicorum
In aedibus Alexandri Iuuenalis, ad D. Mariae Ruſticellae
Ad Forum Piſcarium, in aedibus Angeli Velarini
In aedibus Curtij Saccotij
In aedibus Paulli Pinij, ad D. Mariae Rotundae
Ad D. Paulli de Regula
In aedibus Zabrerorum
Ante aedes Bubalorum
Ad D. Agnetis
Ibidem
In hortis Fabianini Montij
Via Caſſia, tertio ab Vrbe lapide
Ad hortos Salluſtianos, in uinea quadam
Mutinae
Praeneſte
In opido D. Germani
Neapoli
Salerni
Surrenti
Perusij
Mediolani

HIBERNVM, *cum I. libri ueteres, & lapides Caſini, in Baſilica D. Mariae*

HIBERVS, *cum Adſpiratione legitur in lapide Romae, in domo Caeſia*

HIEMS,

HIEMS, *cum* I. *libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & Etymologia. deducitur enim ab Hiando, vt ait Varro. nam* ἀπὸ τοῦ ὕειν *deduci non placet, ut quidam putant. praeterea ſic habent antiqui lapides. Quidam,* HIEMPS, *ſcribunt, contra lapidum auctoritatem, & Terentii Scauri ſententiam, cu-*
„ *ius haec ſunt, ex libro de Orthographia: Hiems*
„ *carere* P *littera debet. quia in uerſibus nūquam*
„ P, *nec* B *propinqua eius reſpondet: ſine quarum*
„ *altera nuſquam in Latinis ea nomina declinan-*
„ *tur, quae per* ψ *Graecam uocem efferuntur; ut*
„ *Princeps, Caelebs; quia, Principis, & Caelebis,*
„ *ſcribitur*

Romae in tabula aenea, apud Capranicos

HILARVS, *cum Adſpiratione, &* I. *libri, & lapides*

Romae, in Muſaeo Carpenſi
Ad Agonem
Ad D. Agnetis
Ad D. Mariae, cognomento Maioris in Exquiliis
In aedibus Atilii Delphinii
In aedib. Populi Romani, ad D. Mariae in Via
In hortis Fabianini Montii
Ibidem
Via Caſſia
Extra Oſtiam, in ripa Tiberis
Pontis curui
Reate
Aletri

Aletri
Iuxta Cyperanum Opidum
Fani
Trans Tiberim, ad D. Io. de Malua
In Pulchro uiridario ſummi Pontificis
Bergomi
In quibuſdam tamẽ inſcriptionibus ILARVS, *legitur*
Romae iuxta aedes Carpenſes
In opido Vicomercato

HIRTIVS, *cum* T. *libri, Graeca conſuetudo, nummus aureus Caeſaris dict. in quo,* C. CAES. COS. TER. A. HIRTIVS. PR. *& lapides: contra eorum opinionem, qui deducunt ab Hirco*
Romae, in aed. Atilii Delphinii
Ferentini

HISTRIO, *cum adſpiratione. Feſtus, Graeca conſuetudo, & lapides*
Romae, in Aedibus Maſaeiorum

HOLVS, &, HOLERA, *cum Adſpiratione. ex Feſto, & Nonio, qui inter Adſpirata connumerant, & ex antiqui Kalendarii Fragmento, quod eſt in Aedibus Capranicorum*

HORTI, *cum Adſpiratione. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, Georg. lib.* IV. *& lapides*
Romae, in Muſaeo Carpenſi
Ibidem

In Aedibus Atilij Delphinij
Ad montem Iordanum, in taberna quadam
In hortis Salluſtianis
Gratiani, opidi Montis ferrati

HVMILLIMVS, *gemina* LL, *ut ſyllaba producatur; ſicut in, Facillimus, Simillimus: de quibus ſuo loco. Nec aliter ueteres ſcripſiſſe uideo*

HYPSAEVS, *cum Adſpiratione. libri ueteres, & nummus argẽteus egregij uiri, Io. Andreae Aueroldi, in quo eſt,* HYPSAE. AED. CVR. C. HYPSAE. PREIV. *& alius Aloyſii Mondellae, qui ſic habet,* P. HYPSAE. AED. CVR. *& alius Alexandri Toti, ſic inſcriptus,* P. HYPSAEVS AED. CVR. C. HYPSAEVS. COS. PREIVE. CAPTV

IACE.

IACETANI, *non*, LACETANI, *populi. libri ueteres, & Graeca conſuetudo. Strabo enim lib.* III. *& Ptolemaeus nominat* τοὺς ἰακητανούς. *Emendandus & Liuius, & Plinius*

IAPVDES, *populi, Iſtriae finitimi, non*, IAPIDES *Capitolini triumphi, & Graeca conſuetudo*

IDAEA, *cum Ae, ſcribo, epithetum Matris Magnae Deum. lapides*

Romae, in aedibus Colotianis

Ad D. Martini, e regione Montium

IDEA, *uero, ſine diphthongo; cum eſt id, quod mente concipimus*

ICCIRCO, *non*, IDCIRCO, *ſcripſerim libentius quemadmodum &, Accedo, Accipio, Accõmodo, Accumulo, & ſimilia: quo lenior pronunciatio ſit. contra tamen in quibuſdam lapidibus, & in inſcriptione, Foroſempronij*

IGVVIVM, *non*, INGVIVM, *aut alio modo. antiqui lapides*

Fulginei

ILLIC, *non*, ILLHIC. *libri veteres, & Virgilius Carpenſis*

ILLV-

ILLVSTRIS,*malo,quam,* INLVSTRIS, *ut, illectus quam, Inlectus; Illudo, quam, Inludo. cur enim non conſulatur Auribus? quarum eſſe iudicium ſuperbiſſimum, dixit Cicero in Oratore. Vt omittam, Scaurum, ueterem Grammaticum, idem ſenſiſſe*

IMBER,*ſine Adſpiratione. Feſtus, libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*
Quamuis deducatur ἀπὸ τοῦ ὕειν. Graece, ὄμβρος dicitur

IMMO, *duplici* MM. *libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

IMPERIOSSVS, *gemina* S S. *lapides Capitolini*

INCESTVS, *ſine diphthongo; a Graeco,* Ανήκεσον *Feſtus & Q. Papirius Grammaticus, qui deducunt ab In, & Caſtus;* A, *in* E, *mutata*

INCHOO, *malim, quam,* INCOHO: *in quo ſequor Feſtum, cuius ego iudiciũ magnifacio, & Terentium Scaurum, qui a Chaos deducunt: poſtremo Seruium. cuius haec ſunt uerba, lib.* III. *Georg.*
„ *Apud Latinos nullum uerbum eſt, quod ante O finalem habeat O, excepto Inchoo: quod tamen*
„ *Maiores aliter ſcribebant, Adſpirationem inter*
„ *ponentes duabus uocalibus, & dicebant, Incoho.*
„ *tria enim habebant Nomina, in quibus C, litte-*

G „ *ram*

„ ram ſequeretur Adſpiratio, Sepulchrum, Orchus
„ Pulcher; e quibus Pulcher tantum hodie recipit
„ Adſpirationem Quibus uerbis, quae planiſsima ſunt, mutatam ſcribendi cõſuetudinem ſignificat; &, Incoho, excluſum; Inchoo, receptum Quod ſi quis morem Maiorum imitari malit, & Incoho, ſcribere; non, Inchoo: utatur hac ratione Quoties eaedem uocales haererent, placuiſſe Maioribus, eas diſiungi, interpoſita H; & dixiſſe; COHORS, quamuis deducatur a uerbo, COORIRI; & MIHI, non, MII; NIHIL, non, NIIL; VEHEMENS, nõ, VEEMENS, REPREHENDO, non, REPREENDO. Quã tamen conſuetudinem poſterior ſuſtulit conſuetudo, ut Seruij verbis liquet. Pontanus, in Libello de Adſpiratione, & Georgius Valla, lib. XXXIII. Expetendorum, & fugiendorum, INCOHO, ſcribunt: quibus trium antiquorum, quos nominaui, auctoritatem antepono. Cum haec ſcripſiſſem, ueterum quoque lapidum teſtimonio meam ſententiam confirmari animaduerti

Romae, in Muſaeo Carpenſi

Venuſiae

Adde, quod Diomedes tradit, ex Iulio Modeſto, &
„ Verrio Flacco. is enim ſic, lib. 1. cap. 4. Inchoaui
„ ab, Inchoo, ſic dicendum putat Iulius Modeſtus
„ quia ſit compoſitum a Chao, initio rerum. Quod
„ Verrius Flaccus in poſtrema ſyllaba adſpirandum
„ probauit. Cohaum enim apud ueteres Mundum
„ ſignificat. inde ſubtractum, Incohare. Tran-

„ quillus

,, *quillus quoque, his aſſentiens, libello ſuo pleniſſi-*
,, *me Aedem inchoatam diſſeruit.*

INCREBESCO, *dixerim; &,* INCREBVIT, *in prae terito; non,* INCREBRESCO; *&,* INCREBRVIT. *ſequor enim ſimilitudinem: quia nullum uerbum huic ſimilius eſt, quam, Erubeſco, quod facit, Erubuit, in praeterito. ut enim a Ruber, fit, Rubeo, Rubes; & a Rubes, addita Co, fit Rubeſco: ſic, a Creber deductum eſt inuſitatum hodie uerbum, Crebes; unde factum eſt, Crebeſco, &, Increbeſco. Non enim me mouent Nigreſco, & Macreſco. nam deducuntur a Nigreo, & Macreo: cum, Rubeſco, a Rubeo; &, Crebeſco, a Crebeo.* ‹‹ *Nemo autem negat dici, Erubeſco, &, Erubuit: nemini igitur dubium eſſe debet, quin ſimiliter dicatur, Increbeſco & Increbuit: cum, ut a Ruber, Rubeo, Rubeſco ſic a Creber, Crebeo, Crebeſco deducantur. malo enim comparationem facere inter ſimillima, & a ſimillimis deducta, cuiuſmodi ſunt haec duo uerba, deriuata a nominibus, deſinentibus in Ber, quam inter ea, quae paullo diſtant longius; qualia ſunt, Nigreo, & Macreo. Nam, quod aiunt uiri docti, ideo ſcribendum, Increbeſco, quod a nominibus ijs, quorum patrius caſus exit in Ri, ut, Integri, Sacri; fiat, Integrare, Sacrare: oſtendi iam, ſic excipi ab hac regula, Increbeſco, ut excipitur Erubeſco. Quod autem ijdem affirmant, Rubeſco, unde fit Erubeſco, non a*

Rubro,ſed a Rubore formari,ut Palleſco, a Pallore;Puteo,a Putore;Foeteo,a Foetore; Candeo,a Candore;Caleo,a Calore : non negauerim,a Putore, Foetore, Candore, Calore, deducta haec eſſe uerba.Puteo,Foeteo,Candeo,Caleo : ſed,a Rubore deriuatum Rubeſco,& a Pallore,Palleſco, non conceſſerim.quis enim non uidet, Rubeo quidem a Rubore deductum;Rubeſco tamen,a Rubeo,non a Rubore; eademq. ratione,Crebeo,a Creber; & a Crebeo, Crebeſco

INDVTIAE, *cum* T,*quaſi Inductae*, *ſcribendum puto . Gellius etiam cum* T *ſcribendum exiſtimauit*
„ *cuius haec ſunt uerba,lib.*I.*cap.*XXV.*Ex multis,*
„ *quae iam audiuimus, uel legimus, probabilius id*
„ *quod dicam,uidetur. Indutias ſic dictas arbitra-*
„ *mur,quaſi tu dicas,Inde uti iam.Pactum Indutia*
„ *rum eiuſmodi eſt, ut in diem certum non pugne-*
„ *tur,nihilq. incommodi detur;ſed ex eo die poſtea,*
„ *uti iam omnia Belli iure agantur . Quod dicitur*
„ *dies certus praefinitus,pactumq. fit,ut ante eum*
„ *diem ne pugnetur, atque, is dies ubi uenit, inde*
„ *uti iam pugnetur:iccirco ex ijs, quibus dixi,uoci*
„ *bus,quaſi per quendam coitum, & copulam, no-*
„ *men Indutiarum connexum eſt.Aurelius autem*
„ *Opilius, in primo librorum, quos Muſarum, in-*
„ *ſcripſit,Indutiae,inquit,dicuntur,cum hoſtes in-*
„ *ter ſeſe,utrimque utroque, alteri ad alteros impu*
„ *ne,& ſine pugna,ineunt . inde ab eo, inquit, no-*
„ *men eſſe factum uidetur,quaſi Inuiae,hoc eſt,Ini*

tus

„ *tus, atque Introitus*

INFITIOR, *cum* T. *libri ueteres. Feſtus quoque Infitiari dictum putat, quaſi Creditum fraudare, Qua definitione, uidetur Infitior deducere ab Infiteor*

IN PRIMIS, *malo, quam,* IMPRIMIS. *ut aliter: ut differat a ſecunda perſona uerbi Imprimo. Cum* N *ante* P *in* M *mutetur*

INTERNVNDINIVM, *non,* INTERNVNDINVM *Victorinus Afer Grammaticus ſcribendum praecipit: cuius haec ſunt uerba: Internundinium,*
„ *ſcribendum. ut enim, Interlunium, &, Trinoctium; ita Internundinium, quod nouem dies*
„ *inter ſe continuos habeat, non quod nono die*
„ *ſit*

IRRITARE, RR *geminata: quod uerbum, ait Donatus, a Canibus eſſe deductum, qui, reſtrictis dentibus, R litteram imitantur. libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

ISTIC, *non,* ISTHIC. *libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

IFIVS *portus, de quo Caeſar, & Strabo lib.* IV. *non Iccius. libri ueteres*

Iv, *pro* IIII, *plerique ueteres ſcribebant: quos imitarer, aſſentientibus lapidibus*

Romae, in Obeliſco Campi Martij

Ivcvndvs, *non*, iocvndvs. *pluris enim apud me eſt Ciceronis auctoritas, quam omnes & lapides & Grammatici, ſi qui ſunt, qui aliter ſentiant. Quamuis poteſt & a Ioco deduci. Is igitur* „ *ſic, libro 2. de Finibus: Hanc iucunditatem* „ *transfer in animum. Iuuare enim, in utroque* „ *dicitur ex eoque Iucundum. Nec deſunt tamen ueteres lapides, in quibus*, ivcvndvs, *ſcriptum ſit*

Romae, in Muſaeo Carpenſi

Ibidem

Ibidem

Ibidem

Ibidem

In eiuſdem hortis

In aedibus Atilij Delphinij

Ad Forum Iudaeorum

Ad aedem Trinitatis, ad Pontem Xyſtum

Ad D. Rocchi, in aedibus Sudorinorum

In aedibus Hier. Spannochij, ad Aculeam S. Mauthi

Neapoli

Neapoli tamen in lapide, iocvndvs, *cum O ſcriptum eſt*

Ivppiter, *duplici* p p, *ſcribo ex antiquis libris. Praeterea, ſic eſſe in ueteribus aureis, argenteis aereisq.*

aereisq. nummis, affirmauit mihi eruditiſsimus homo, mihiq. coniunctiſsimus, Fuluius Vrſinus: Sic etiam habet antiqua inſcriptio, quae hodieq. Patauij uiſitur, in pariete unius portae eorum murorum, qui uetuſtiorem Ciuitatis partem introrſus circumeunt: prope Pontem D. Benedicti. Eam portam cum Io. BAPTISTA RHAMNVSIVS, *Venetae Reip. X. Virum Conſilij à ſecretis, uir doctiſsimus, aereis Andreae Naugerij & Hieronymi Fracaſtorij, uirorum illuſtrium, imaginibus, priuato ſumptu, publice ſuperioribus annis exornaret, ut erat elegantis ingenij, & totius antiquitatis admirator egregius, addita perantiqua Arae dedicatione, ex ruinis Salonae, Vrbis Delmatiae, iamdiu eruta, ad ſtudioſae poſteritatis ſolatium, luculenter inſtaurauit. cum enim Rhamuſius penes ſe per multos annos Patauij in ſuis hortis continuiſſet mutilum lapidem, Salonae inuentum, ab amicis ex Illyrio ſibi iampridē dono miſſum, (habuit enim is, domum Patauij, ad D. Petri, in Vico Patriarchae, elegantioribus picturis, & pulcherrimis antiquorum monumētis, excultam, in qua ſaepe Venetijs, tamquam ex aſſiduis curarum fluctibus in portum, poſt publica X. uirum munera, relaxandi animi gratia, cum amicis, & iucundioribus ſodalibus, ſe recipiebat) & forte fortuna in integram poſt modum effracti lapidis lectionem, amicorum ope, peruetuſto quodam codice adiutus, incidiſſet ratus, ſe gratum Antiquita-*

tis ſtudioſis, facturum, ſi eiuſmodi pulcherrimã formulam dicãdae Arae in publicum proferret, non multis ante annis, quam uita excederet, ſcalptis affabre non paruo ſumptu noua marmorea in tabula, quae antiquo lapidi deerant, notis, & utroque adamuſſim compacto, ueterem nobis inſcriptionem, iniuria temporum collapſam, ingenuo labore eleganter reſtituit

Romae quoque effoſſa fuit ſuperioribus annis uetus inſcriptio, in Monte Coelio, ad D. Mariae in Dominica, in qua IVP, *in fine lineae;* TER *uero, in principio alterius, eſt. fractus etenim lapis. Nunc eſt in aed. Hieronymi Alterij, ad D. Marci*

IVRISCONSVLTVS, *reperio in antiquis lapidibus non,* IVRECONSVLTVS. *pleriſque tamen placet* IVRECONSVLTVS

Romae, ad Theatrum Marcelli

IVRISDICTIO, *quid ſit, ipſa compoſitio declarat. nam quod Iuriſconſulti quidam recentiores, Latinae expertes elegantiae, diſtinguunt. Iuriſdictio, & Iuriſditio; inepte faciunt: cum, Iuriſditio inuſitatum apud ueteres uerbum ſit*

IVVENTIVS, *familia Romana. lapides Capitolini, & alij*

Romae in aed. Sudorinorum, ad D. Rocchi.

Ad D. Io. Lateran.

Venetijs, apud Grimanum Patriarcham

Colo-

Colognolae, in Agro Veron.

Brixiae

Ibidem, in Templo omnium Sanctorum

K

Kaeso,*cum* K.*ex lapidibus Capitolinis,& alijs. Et cum diphthongo. Praenomen fuit Fabiorum Quinctiorum, Atiliorum, & Aemiliorum*

Kalendae,*cum* K. *libri ueteres, & lapides Capitolini,& alij:praeterea Seruius Honoratus,Diomedes lib.*2.*cap.*1.*Terentius Scaurus,& Victorinus Afer*

- *Romae, in hortis Carpenſibus*
- *Ibidem*
- *Ibidem*
- *In domo Caeſia*
- *In hortis Colotianis*
- *In domo Epiſcopi Ferratini*
- *In aedibus Atilij Delphinij*
- *Ibidem*
- *In aedibus Capranicorum*
- *In aedibus Benzoniorum,ad D. Marci*
- *In aedibus Io.Coritij,ad Forum Traiani*
- *In Capitolio,in aedibus Conſeruatorum*
- *Ibidem*
- *Ad Arcum Gallieni,in Aede D. Viti.*
- *In aedibus Hieronymi Picij*
- *Extra Portam Flumentanam, in uinea Hier. de Ceulis*
- *Via Ardeatina*
- *Interamnae*

Prope Charticetum, Fani opidum

Neapoli, ad D.Mariae Maioris, in aedibus Pontani

Mediolani, e regione Aedis D. Petri in Lintre

In opido D. Germani, ad Cathedralem Eccleſiam

L

Lacrymae, *ſine Adſpiratione, & cum* Y: *ut a Graeco, Δάκρυον deducatur: quod etiam libri ueteres, & lapides confirmant; in quibus eſt, Lacrumae,* V *pro* Y *uſurpata.ut in, Sulla, pro, Sylla. Priſci tamen Romani, Lachrumae, cum Adſpiratione, dicebant, ut ait Gellius, lib.2. cap.3. & Cicero in Oratore*

Romae, in hortis Carpenſibus

Ad Portam Appiam

In Inſula Tiberina

Romae, extra portam Flaminiã, in uinea quadam

In domo Caeſia

Mediolani, in templo D. Auguſtini

In duobus tamẽ maxime ueteribus libris, Cypriano, & Virgilio Carpenſi, Lacrimas, cum I, *ſcriptum animaduerti: ſicut & in quibuſdam lapidibus. ex quo libet, in ijs uerbis, quae a Graeco deducerentur, certam non fuiſſe ſcribendi rationem: cum alij pro* Y, *ſcriberent,* V; *alij,* I

In alio quoque lapide, LACHRIM. *ſcriptum notaui*

Romae, in Aedibus Atilij Delphinij

Laeca, *cum Ae, Porciae gentis cognomen. libri ueteres, & nummus argenteus Antonij Auguſtini, uiri doctiſsimi, Epiſcopi Ilerdenſis, in quo eſt,*

M. POR-

M. PORCIVS. LAECA. *& alius ornatiſſimi, & eruditiſſimi uiri, patricij Veneti, Franciſci Molinij, ibidem inſcriptus*

LAELIVS, *familia Romana, cum Ae diphthongo. lapides Capitolini, & alij*
Romae, in aed. Euryali Rufini, ad Buſta Gallica

LAENA, *cum Ae. genus ueſtimenti. Feſtus, qui deducit a Graeco,* Χλαῖνα*: & libri ueteres*

LAENAS, *cum Ae, Popilliorum cognomen. (Cur Popillius Laenas dictus ſit, uide Cic. in Bruto.) lapides Capitolini, & alij*
Romae in aedibus Alexandri Rufini

LAETORIVS, *cum Ae, familia Romana. libri ueteres. Eſt & Plaetorius, alia familia*

LAEVA, *cum Ae. Feſtus, & lapides: contra Nonij ſententiam, qui deriuat a Leuando*
Romae, in Aedibus Arberinorum

LAEVINVS, *cum Ae, cognomen Valeriae gentis. libri ueteres, & lapides*
Aſiſij, in Foro

LAPICIDINA, *malim ſcribere, quã,* LAPIDICINA; *cum a Caedendis lapidibus dicatur, ut ait Varro, de Serm. Lat. lib.* VII. *libri ueteres, & lapides*
Romae,

Romae, ante Sacrarium D. Paulli

LARISA, *vnica* S. *libri ueteres, & Graeca conſuetudi. & nummus argenteus, in quo,* ΛΑΡΙ ΣΑΙΩΝ

LATERNA, *ſcriberem; non, ut quibuſdam placeat Antiquitatem nimis conſectantibus, Lanterna Poetae*

LEAENA, *cum Ae diphthongo. a Graeco,* Λέαινα

LEMANNVS, *lacus, duplici* NN. *libri ueteres*

LETVM, *ſine diphthongo, & ſine Adſpiratione. placet enim Priſciani ſententia, qui deducit a Leo Les, quo ueteres utebantur pro Deleo, quod omnia Mors deleat. Appuleius quidam Grammaticus deducit a Luo; ideoq. ſcribi uult cum Ae diphthongo: quod Mibi non perſuadet. Varro, & Feſtus, a Graeco* Λήθη *deriuatum putant. quod ſi ita eſt, cum Adſpiratione ſcribi debuit, quam in antiquiſſimis libris nondum uidi: ideoq. Priſciani opinionem libenter ſequor, aſſentientibus & antiquis lapidibus*

Romae, in Aedibus Atilij Delphinij

LICINIVS, *non*, LICINNIVS. *libri, & lapides*

Romae, ad D. Caeciliae, Trans Tiberim

Ibidem

Ad forum mali aurei

In aed. Atilij Delphinij

Ad D. Saluatoris, in Lauro

In Capitolio

Via publica, inter D. Mariae Maioris, & D. Crucis in Hieruſalem

Brixiae

LIGVLA, *a Doctis ſcribitur;* LINGVLA, *a Grammaticis. Martialis lib. ult.*

„ *Quamuis me Ligulam dicant Equitesq. Patresq.*
„ *Dicor ab indoctis Lingula Grammaticis*

Feſtus, Lingulam, per deminutionem Linguae, dictam putat. Soſipater Cariſius, lib. 1. Ligulam

uſu

uſu frequentari, ſcribit

LIGVRRIO, *duplici* RR. *libri ueteres*

LIGVS, *non*, LIGVR, *cognomen Aeliae gentis. lapides Capitolini*

LIMETANVS, *non*, LIMITANVS, *cognomen Mamilij, legitur in uetere nummo Alexandri Toti*, C. MAMIL. LIMEN.

LISSVM, *non*, LYSSVM. *libri ueteres, & Strabo lib.* VII

LITTERAE, *duplici* TT. *libri ueteres, Pandectae Florentinae, & lapides.*

Praeneſte

LITVS, *unica* T, *Pierius ait ſcribendum ex antiquis libris, & ex Analogia; cum deducatur a Lido; ſiue, Lino: & ex lapidibus. Sic etiam ſcriptum eſt in Virgilio Carpenſi*

Romae, in domo Caeſia

Praeneſte

LVCCEIVS, *duplici* CC. *libri, & lapides*

Romae

Caſini

Luceriae

Arretij quoque ſunt lapides, in quibus Lucceius, duplici CC, *ſcriptum eſt. ut quidam notarunt*

LVCI-

LVCILIVS,*unica* L.*libri ueteres,& lapides*
Romae in Aedibus Capranicorum
Ibidem
In uiridario ornatiſſimi uiri,Pauli
Bubali
In hortis Carpenſibus
In Aedibus Domitii Cauallerii
Ad D.Ioannis,ante Portam Latinam
Viperni, in Latio, in Sacello quodam
Neapoli
Recaneti,in Piceno
Patauii
Parmae,in Eccleſia quadam

LVRGAVONENSES , *non*, ILLVRGAVONENSES *ſcriptum eſt in uet. lib. apud Caeſ. lib.* I. *de bel. ciu.& apud Liu.Populi, proximi flumini Ibero, inquit Caeſar*

LVSCINVS,*non*,LVSCINIVS, *Fabriciorum cognomen.ex Plinio,lib.*XI.*cap.* 37. *& ex Faſtis Capitolinis*

LVTATIVS; *non*, LVCTATIVS ; *aut*, LVTTATIVS *familia Romana.lapides Capitolini, & duo nummi argentei,Andreae Lauretani, & Alexandri Toti,ſic inſcripti,* L. LVTAT.

M

M’; uel, *M*; uel, *M*; uel, *M*; *pro Manius, ueteres ſcribebant. Praenomen eſt, a Mane deductum; ut a Luce, Lucius: quo uſi ſunt Valerii, Curii, Aemilii Acilii, Aquillii, Otacilii, Pomponii, Iuuentii, Manilii s Nummi duo argentei, Andreae Lauretani, & Rinaldi Odonii, in quibus eſt,* *M*, ACILIVS. III VIR. VALETV. *item duo, Odonii, & Molinii, ſic inſcripti,* *M*. GORDIVS. *Et in alio argēteo Alexandri Toti,* *M*. FONTEI. *Et in alio eiuſdem* *M*. AQVIL *Et in alio eiuſdem.* *M*. FONT. TR. *Vide &* P. *Conſentium*

M, *Romae, Ad D. Petri*
Ad D. Catharinae de Senis, in uia Iulia
In aed. Populi R. ad D. Mariae in uia
Allifis
Dentecani, in Apulia
Romae in aed. Cecchinorum

M *Venetiis, ad D. Iuſtinae, in Aede Delphinia, quae ad Orientem Aedi accubat, Baſis marmorea*

M *Romae, Ad D. Euſtachii*
In aenea tabula repert. Romae
In aed. Atilii Delphini
Praeneſte, in ſummo Templo

M *Romae, ad D. Io. Laterani in hoſpitio publico*

MAECENAS, *Cilliniorum cognomen, cum Ae in prima ſyllaba. Graeca conſuetudo, & lapides*

Romae, in hortis Colotianis

In Aedibus Atilii Delphinii

In domo Hadriani Fuſconii, Epiſcopi Aquinatis

MAECIVS, *cum* C. *libri, & lapides*

Neapoli

Ibidem

Ibidem, ad D. Paulli

In aed. Sudorinonum, ad D. Rocchi

In aenea tabula repert. Romae in Quirinali

Lanuuii, templo

Tibure, in pariete hoſpitii publici, ad Forum

Veronae, ad D. Clementis

MAENIVS, *cum Ae diphthongo. libri ueteres, & lapides Capitolini*

MAEREO, *Triſtor, cum Ae. deducitur enim a Marceo, teſte Varrone, quod antiquiſſimi libri, & lapides confirmant*

Romae in domo Caeſia, ara marmorea eleganti

In opido Fabrica, pro Foribus Aediculae D. Ioannis, ex Pierio

Piſauri, in aed. Marini Gotii, Epidaur.

MAESIVS, *cum Ae, libri ueteres, & lapides*

Foro Sempronii

Brixiae, in aed. Camill. Aduocat

Sucſſae

MAGALIA, &, MAPALIA, *ſcribi poteſt. Seruius in*
„ *Virg. Aen lib.* IV. *his, uerbis: Magalia, & Mapa*
„ *lia, idem ſignificat. Sed, Magalia Ma, producit;*
„ *Mapalia, uero, corripit: ut, & raris habitata Ma*
„ *palia tectis. Feſtus Pompeius Mapalia nominat;*
Magar autem, lingua Punica, uillam ſignificat

MALLEOLVS, *gemina;* LL, *cognomen Publiciorum*
lapides Capitolini

MAELIVS, *reperio in antiquis lapidibus*
Via Flaminia

MAMILIVS, *familia Romana. libri ueteres, et num*
mus Alexandri Toti, in quo eſt, C. MAMIL LI-
MEAN

MANILIVS, *familia Romana. lapides Capitolini*

MANLIVS. *lapides Capitolini, & alii*
Firmi, in Piceno

MARCIVS, *non,* MARTIVS, *familia Romana. la-*
pides Capitolini, & alij; & duo nummi argentei
Andreae Lauretani, ſic inſcripti, MARCIA. OTA
CIL.

CIL. SEVERA. AVG. & alius *Alexanderi Toti, in quo eſt*, Q. MARC. LIBO: *item alius eiuſdem* Q. MARC. & *alter aereus Rinaldi Odonij, qui ſic habet, ab uno latere*, MARCIANA. AVGVSTA. *ab altero uero* FELICITAS. SAECVLI. & *alius aereus Laurentij Maſſae, ab uno latere*, MARCIA. OTACIL. SEVERA. AVG. *ab altero uero* CONCORDIA AVG. &, *Marcius uates, in antiquis libris ſemper cum* C. *Nam, quod Cicero in*
„ *oratione pro Balbo ſcripſit, Veterem illam ſpe-*
„ *ciem foederis Martiani ſemper omni ſanctiorem*
„ *Marte duxerunt: in eo ad pronunciandi potius, quam ad ſcribendi, conſuetudinem ſpectauit: cum inter Marcianum, & Martem ſimilitudo quaedam ſit, & quaſi a Marte Marcianum deductum eſſe uideatur: cum re uera, a Marcus, Marcius deriuatum ſit; ut a Quincto, Quinctius; a Tito, Titius; a Manio, Manilius: & alia nomina non pauca, a Praenominibus deducta*

Romae, in hortis Fabianini
Montij
Ad D. Io. Laterani
In aed. Horatij Fuſci
Trans Tiberim, ad D. Saluatoris
In Foro Piſcario in domo Laurentij
Velleij
Ad D. Mariae in uia, apud Octauium
Pantagathum
In uiridario Paulli Bubali
In aed. Zabrerorum, ad Fontem Triuij

Ad Montem Citatorum, tabella Tiburtina, parieti affixa domus cuiuſdam
Ad radices Quirinalis, in domo quadam
In hortis Carpens.
Ad DD. Coſmae, & Damiani, prope Cloacam D. Luciae
Ad Agonem, in Aedibus Cardin. Sarraceni
Ad D. Mariae, de Conſolatione
Ad Tabernas obſcuras
Stiniliani, quod opidum eſt in Sebinis, ad Tiberim.
Venuſiae.
Neapoli, in aedibus Hadriani Gulielmij
Caſini
Inter Capuam, & Minturn.
Extra Mirabellam
Ibidem
In Apulia
Aquini, ad Cathedr. Eccleſ.
Auximi
Caſsiliani, tertio a Tuderto lapide
In agro Veronen.

MARTIALIS, *a Marte, cum* T, *ſcribo. ex antiquis lapidibus*
Romae, in Mole Hadriani
Prope Mauſoleum Auguſti, parieti affix. cuiuſdam domus, uia publ.

MASSA-

MASSANISA, *non*, MASINISSA, *Numidiae Rex Graeca conſuetudo*

MATHO, *non*, MATO, *Pomponiorum Cognomen, lapides Capitolini. Vide & Cic. in Oratore, & Polybium*

MAVRETANIA, *non*, MAVRITANIA. *libri ueteres nummus aereus Graecus, his litteris*, ΜΑΥΡΕΤΑΝΙΑ. *& lapides*

Romae, ad D. Stephani in Coelio monte
Ad Agrippinam

MAXIMILLIANVS, *duplici* LL, *eſt in antiquo lapide*

Extra Mirabellam

MEMMIVS, *duplici* MM *libri, & lapides, & nummi argentei duo Andreae Lauretani, quorum alter* C. MEMMIVS. IMP. *alter uero*, C. MEMMIVS C. F. QVIRINVS. MEMMIVS. AED. CERIALIA. PREIMVS. FECIT. *& duo alij Aloysij Mondellae, in quibus eſt*; L. MEMMIVS. GAL. *item duo, Matthaei Forerij, & Ioannis Mariae Sculptoris, itidem inſcripti*

Romae, in hortis Carpens.
Ad D. Blaſij de Foſſa
In Foro Romano, ad D. Hadriani
Ad D. Paulli

MESCINIVS, *cum* SC, *ſcribo, ex antiquis libris, & ex nummis duobus Antonij Auguſtini, Auguſti Caeſaris. in quorum uno ex aduerſo, Martis ſtatua, his litteris, in baſi.* S. P. Q. R. V. PR. RE. CAES. *& in circulo,* L. MESCINIVS. RVFVS. *In altero, columna, his litteris:* IMP. CAES. AVG. LVD. SAEC. &, XV. S. F. *& in oraculo,* L. MESCINIVS... VIR. *deeſt autem* RVFVS. III

MESSALIA, *gemina* LL, *Cognomen Valeriorum a Meſſana Vrbe capta. Macrobius, lib.* I. *Saturn. lapides Capitolini, & alij*

Neapoli, in aed. Hadriani Gulielmij

METIVS, *unica* T, *Ex Horatij libro, de Arte Poetica, & lapides. Praeneſte.* METTIVS, *autem duplici* TT. *ex nummo argenteo Rinaldi Odonij, ſic inſcripto,* M. METTIVS. *de quo mentio apud Caeſ. lib.* I. *de bel. Ci. ſed mendoſe. perperam enim legitur* M. *Titius, pro, Mettius, item ex alijs Rainutij Farneſij Cardinalis, itidem inſcriptis; & ex antiquis lapidibus.*

Romae, ad D. Caeciliae, Trans Tiberim

Apud Hannibalem Carum

Caietae

Dentecani, in Apulia

Sutrij, in maximo Templo

MINATIA, *familia. lapides*

In Sabinis, prope Biſentium, in loco, qui dicitur

Tre

Tre Cannelle

Nominat & Velleius Minatium Magium, atauum ſuum

MINVCIVS, *cum* C. *familia Romana, libri, lapides Capitolini, & alij. Suffragatur & Graeca conſuetudo, nummusq. argenteus Aloyſij Mondellae, ſic inſcriptus*, MINVCI. C. F. AVGVRINI

Romae, apud Epiſcopum Ferratinum

In aedibus Capranicorum

In aedibus Atilij Delphinij

In domo priuata, inter Fontem Triuij, & Quirin.

In hortis Fabiani Montij

Peruſij

Alteri, ad D. Ianuarij

Patauij, apud Alexandrum Baſſianum

MINICIVS, *reperio quoque in antiquis lapidibus*

Brixiae, in Foro

Tibure, ad D. Vincentij

MISTVS, *non*, MIXTVS, *a themate, Miſceo, Miſcui, Miſtum. ex Priſciano. In ueteribus tamen libris, Virgilio Carpenſi, & antiquis lapidibus* MIXTVS, *cum* X. *legitur*

Romae extra portam Flaminiam, in uinea quadam

Mos-

MOECHOR, *cum Oe. libri, & Graeca conſuetudo*

MOENIA, *cum Oe. unde Murus dicitur, Oe in* V. *conuerſa: quemadmodum & Coerare, pro, Curare. antiqui lapides, & Virgilius Carpenſis*
Alliſis

MOESIA, *prouincia cum Oe: lapides. Eadem cum Muſia, ſiue Myſia*
Romae, ad Tabernas obſcuras
In domo Caeſia
In Aed. Atilij Delphinij
Tibure, ad D. Vincentij
Prope Tiburim, ad pontem Lucanum
Firmi, in Piceno
In Aedibus tamen Colotianis eſt antiqua inſcriptio, in qua, MAESIA, *cum Ae, legitur.*

MONTVOSVS, *ſcriptum uideo in antiquis libris. Montoſus tamen Virgilius dixit libro.* V. *Aen.*
„ *Et te, montoſe, miſere in proelia, Mirſae.*

MONVMENTVM, *non,* MONIMENTVM; *ut Documentum, Nocumentum, Emolumentum: libri, & lapides: etſi in quibuſdam lapidibus aliter legatur*
Romae, in domo Hadriani Fuſconij, Epiſcopi Aquinatis
Ad Forum Traiani, in pariete domus

Ad

Ad D. Caeciliae, Trans Tiberim
In hortis Carpens.
Trans Tiberim, in pariete domus
Ibidem
Tuderti
Reate
Saepini, in Samnio
Extra Auellinum
Canuſij
Veronae
Bouarni, in agro Brixiano

Vide, Munim.
Romae, ad D. Paulli

Vide, Monim
Romae, in hortis Carpens.
Ibidem
In hortulo Matthaeiorum, trans Tiberim
In aedibus Atilij Delphinij
In aedibus Maſaciorum
In Aede DD. Quattuor Coronatorum
Ad D. Paulli
In Vaticano, ad uineam quandam

MVCIVS, *non*, MVTIVS. *lapides Capitolini, & alij Graecaq. conſuetudo, & nummus argenteus Fului Vrſini, in quo eſt*, Q. MVCIVS. Q. F. SCAEVVLA

Romae, in aedibus Porcariorum
Apud Epiſcopum Ferratinum

Infra hortos Salluſtianos, in uinea
Ad D. Sebaſtiani, in uia Appia
Reate

MVLTA, *an,* MVLCTA, *ſcribendum ſit, ſi Etymologiam ſequimur, obſcurum: cum, ut ait Gellius, Sabinum uerbum ſit. Ego aſſentior doctiſſimis uiris, qui, Multa, libentius, quam, Mulcta, ſcribunt; cum quibus conſentiunt libri ueteres, & lapides*

Firmi, in Agro Piceno

MVMMIVS, *familia Romana, gemina* M M. *lapides Capitolini, & alij*

Romae, iuxta aedes Carpenſes

MVNATIVS, *cum* T, *familia Romana. libri, & lapides Capitolini, & alij*

Romae, uia Caſſia, in uinea quadam
Trans Tib. ad D. Bartholomaei
Viperni, in Latio, in Sacello quodam
Firmi, in agro Piceno
Prope Caietam, in Templo rotundo

MVRENA, *ſine diphthongo, Cognomen Liciniae gentis. libri ueteres, & lapides Capitolini: quamquam obſtat Graeca conſuetudo: Graeci enim* Μύραινα

N

NAE, *pro, Certe, quidam ſine diphthongo ſcribunt ex ueterum librorum auctoritate, (ut dicunt,) & ex Donato, in Andriae Prologum. quod non probo. Soſipater enim, lib. 2. Nae dictum exiſtimat, quo modo apud Graecos. Ναὶ: itaque cum diphthongo ſcribendum. Praeterea Donati locus non ita mihi perſpicuus uidetur, ut ex eo, quod ipſi dicunt, elici poſſe uideatur. De ueterum uero librorum auctoritate, ipſi uiderint*

NAEVIVS, *cum Ae. libri, & lapides*
Sorae
Cyperani, in Templo
Piſauri, non procul a Curia Ducis
Extra Mirabellam, opidum, octauo a Beneuento lapide
Mutinae
In quibuſdam tamen lapidibus ſimplici E, Neuius ſcriptum eſt
Romae, Apud Atilium Delphinium
In Ciuitate Portuenſi
Martialis lib. I
Naeuia, ſex cyathis; ſeptem, Iuſtina bibatur;
Quinque, Lycas; Lyda, quattuor; Ida, tribus

NAVTIVS, *cum T, familia Romana. lapides Capitolini*

NEDVM

NEDVM, *ſeparatim ſcribo; quia, ſicut, Non multæ Non nulli, & Non nihil, ſeparatim ſcribimus; ſic reliqua uidentur ſcribenda, Nonnunquam, Nihil dum, Non dum, Nec dum, Ne dum*

NEFAS, *& ſimilia, cum F. lapides*

Romae, ad Pontem Salarium, tertio ab Vrbe lapide.

Lanuuij, in Aede Sacra

NEGLIGO, *placet; non, ut in antiqis pleriſque & lapidibus, & libris, Neglego; aut, Neclego. Dicimus enim, Colligo, Deligo, & ſimilia. Quamuis aliter legatur in antiqua inſcriptione*

Romae, ſub Porticu Capitolina

NEGOTIVM, *cum T. Componitur enim ab Otium libri, & lapides*

Romae, in Arcu Septimij Seueri, in Foro Boario

Ad D. Petri Baſilicam

Ad D. Petri, in domo Hortenſii Palini

Ad Agonem, in Aedibus Cardinalis Sarraceni

Ad Theatrum Pompeij

In Inſula Tiberina, in pariete cuiuſdam domus

Interamnae, ad maximum Templum

Mediolani

NIMIOPERE, *aduerbiũ; etſi duobus ex uerbis uideo eſſe compoſitum, non tamen ſeiungenda fuit:*

ſed

ſed eadem ratio ſeruanda, quae in Magnopere, Maximopere, Itaque libentius dixerim, Nimiopere, quam, Nimio opere

NON DVM, diſiunctum ſcriberem. quod ſignificare uidetur Cicero in Prooemio librorum de Inuentione, his uerbis: Non dum diuinae religionis, non humani officii ratio colebatur.

In antiquis tamen lapidibus coniunctim legitur

Romae, in domo Caeſia

In hortis Carpens.

In aed. Atilii Delphinii

NORBANVS, non, NORBANIVS, familia non uidetur: cum, familias in Ius terminaße, ſatis conſtet

NVMICIVS. lapides

Romae in hortis Carpens.

NVMMVS, duplici MM. libri ueteres, & lapides, & Prologus Plautinae fabulae Trinummus. contra ueteres aliquot libros

Romae, ad D. Mariae de Conſolatione

In Aed. Curtii Saccotii

Ad D. Paulli

Contra tamen in ſequentibus

in domo Arberinorum

Ad Agonem

NVMQVAM, *ex antiquis monumentis*, non, NVNQVAM. *Sic & Quamquam*, *Vtrumque*, *& ſimilia*

Vide, *Vtramque*, *Neapoli*, *in aed. Hadriani Gulielmii*

Quemquam, *Ad Lirim omnem*

Quamquam, *Neapoli*, *in aed. Hadriani Gulielmii*

Quaecumque, *Romae in Muſaeo Carpenſi*

Quotieſquomque, *Romae ad Theatrum Marcelli*

Namque, *Romae*, *in hortis Carpenſ.*

Quantulacumque, *Romae in domo Caeſia*

Vtrorumque, *Romae*, *in hortulo Matthaeiorum trans Tiberim*

Contra tamen, *Nunquam*, *Romae*, *in aed. Cecchinorum*

Tanquam, *in aed. Maſaeiorum*, *e Caeritib. allat*

NVNCIVS, *cum* C. *lapides*

Salerni, *Ad D. Angeli*

In Virgilio tamen Carpenſi, *cum* T; *legitur*; *& in Regionum Fragmento*, *ſub Porticu Capitolina*

OBSCE-

O

Obscenvs, *ſine diphthongo deducitur enim a Scena, quam Graeci* Σκηνὴν. *quaſi contrarium Scenae, quod in Scena, multis praeſentibus, pronunciare non liceat. male enim Priſcianus deriuat ab Obs, & Cano*

Onvs, *ſine Adſpiratione libri ueteres: quamquam nonnulli libri, Honus, cum* H: *& Varro dictum putat, Honos, ab Honeſto Honere; et, Honeſtus, quia Honeratus. Pontanus, & Gellius lib.* 2 c, 3. *cum* H *ſcribendum cenſuerunt. in hoc lapides ſequor, & Conſuetudinem, cui ſeruire Orthographiam Quintilianus lib.* I. *Inſtit. Orat. ſcriptum reli-*
,, *quit: Orthographia, inquit, Conſuetudini ſeruit,*
,, *ideoq. ſaepe mutata eſt. Et Victorinus Afer in Li*
,, *bello de Orthographia, ſic: Antiquitatem poſte*
,, *rior Conſuetudo uincit*

Auſculi, in Suburbio

Opidvm, *ſi Etymologiam ſequimur, unica* P, *ſcribe*
,, *mus, Varro enim, lib.* IV. *Maximum, inquit, ae-*
,, *dificiũ eſt Opidum, ab Ope dictum, quod munitur*
,, *opis cauſſa, ubi ſint; &, quod opus eſt ad uitam*
,, *gerendam, ubi habitent tuto. Vel, Opida, quod*
,, *opere munibant moenia, quo muniti eſſent. Et Fe*
,, *ſtus: Opidorum, inquit, originem optime refert Ci*

„ *cero, Lib.* I. *de Gloria. eamq. appellationem uſur-*
„ *patam eſſe exiſtimat, (ſic enim lego, non, ut in*
„ *uulgatis, Eamque appellationem uſurpationem*
„ *appellatam eſſe exiſt.) quod opem darent. Iſido-*
„ *rus quoque. Lib.* XV. *cap.* 2. *Haec, inquit, eſt ori-*
„ *go Opidorum, quae, quod Opem darent, iccir-*
„ *co Opida nominata dixerunt. Quamuis eodem loco ſupra, a quibuſdam dicat Opida nominata quaſi, ab Oppoſitione murorum. In uetere inſcriptione Opidum & unica* P, *& duplici, ſcriptum eſt*

Alteri, ſub Porticu D. Mariae, in Tabula antiquiſſima
Vide, OPPIDVM, *duplici* PP
Romae, in tab. aenea apud Capranicos
Florentiae
Viterbij, in decreto Deſideri Regis Italiae
Alcantarae

OPORTET, *unica.* P. *libri ueteres, & lapides Romae, in tab. aen. apud Capranic.*

OPPERIOR, *duplici* PP. *libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

OPPORTVNE, *duplici* PP. *libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & Analogia*

OSISMI, *populi, non,* OSISINI, *de quibus Caeſar. lib.* II. *de bello Gall. in extremo, & Oroſius.*

libri

libri ueteres, & Ptolemaeus, Οσίσμοι

OSTIA, *urbs, ſine Adſpiratione. Liuius, lib. 1. Vſ-*
„ *que ad mare imperium prolatum, & in ora Ti-*
„ *beris Oſtia urbs condita. Idem tradit Diony-*
ſius lib. 3
In aſſibus Neronis Imp. POR. OST.

OSTIVM, *ſine Adſpiratione. libri ueteres, Virgi-*
lius Carpenſis, & lapides
Neapoli, in aed. Hadriani Gulielmii

OTACILIVS, *non,* OTTACILIVS, *aut* OCTACI-
LIVS, *familia Romana. lapides Capitolini, &*
alii. & duo nummi argentei Andreae Laureta-
ni, aliusq. aereus Rinaldi Odonii, ſic inſcripti,
MARCIA. OTACIL. SEVERA. AVG. *& alius*
aereus Laurentii Maſſae, cum iiſdem litteris: ab
altero uero latere, CONCORDIA. AVGG.

OTIVM, *cum* T. *libri ueteres, & Q. Papirius Gram-*
„ *maticus, plane, his uerbis: In his ſyllabis ſonus lit-*
„ *terae* Z *immiſtus inueniri tantum poteſt, quae*
„ *conſtant* T, & I, & *eas ſequitur uocalis quaeli-*
„ *bet, ut Tatius, Otia, Iuſtitia, & ſimilia. Cuius ego*
ſententiam ſequor libentius, quam eorum, qui In
duciae, & Ocium, cum C. *ſcribunt, Donati aucto-*
„ *ritate adducti. Donatum enim ſcripſiſſe dicũt, In*
„ *duciae, quod inde Ocium. quod falſum puto. nã po*
tuit ſcribere Indutiae, quod inde Otiũ. quod ſentẽ

tiam meam confirmat : cui ſubſcribunt antiqui lapides.

Romae in inſula Tiberina in baſi

P

PAENE, *pro*, *Fere*, *cum* Ae, & *ſine Accentu . libri ueteres, & lapides omnes . Eiuſmodi ſunt, Sane Ferme, Profecto, & ſimilia : quæ ſine Accentu ex antiqua conſuetudine, ſcribo*
Romae, in aed. Atilij Delphinij

PAENITET, *cum* Ae : *libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

PAENVLA, *cum* Ae . *lapides*
Romae, extra portam Flaminiam, in uinea quadam

PAENVRIA, *cum* Ae . *libri ueteres, & Analogia quod Paene urat*

PAETVS, *cum* Ae. *lapides*
Patauij, apud Cartol[illegible]s, in cella uinaria

PALAESTRA, *cum* Ae. *ex Graeca conſuetudine, & lapidibus*
Romae, in domo Caeſia

PALPEBRAE, *cum* B, *ſcribo . ſic enim uſus retinuit*
» *Quamquam ita ſcripſit Cariſius lib.* I. *Palpetras*
» *per* T, *Varro ad Ciceronem* XIII. *dixit : ſed Fabianus de Animalibus primo, Palpebras, per* B.

„ *Alij dicunt, Palpetras, genas; Palpebras autem*
„ *ipſos pilos*

PAPIRIVS, *cum* I, *non cum* Y. *libri ueteres, lapides Capitolini, & alij*
Romae, trans Tiberim in hortis Aurelij Matthaeij
In aedibus Porcariorum
In Sabinis
Venuſiae, ad Fontem Othi, ubi uulgo dicitur La Piazzola
Fulginei
Aletri
In opido D. Germani, ad Cathedralem Eccleſiam
Neapoli, in aedibus Hadriani Gulielmij
Tergeſte

PAPVS, *unica* P, *Cognomen Aemiliorum. lapides Capitolini, & alij*
Romae, ad Arcum Gallieni, in Aede D. Viti.

PARCIMONIA, *ſcriberem, non*, PARSIMONIA, *ſicuti enim dicimus, Querimonia, Alimonia, a Queror, & Alo; cur non & Parcimonia, licet dicere aſſentientibus lapidibus. Nam, ſi a ſupino deriuarentur haec Nomina, Queſtimonia, Altimoniaque diceremus. quod non dicimus. non igitur a ſupino ſed a principe uerbi ipſius, deducuntur*
Montis plani (ſic uulgo dicitur) ad D. Antonij

PARI-

PARILIA, &, PALILIA, *dicitur: a Pale, paſtorum dea;* L, *in* R *mutata: ut, Cluſtumina Tribus,& Cruſtumina. Victorinus Afer, Palilia dicendum negat, & a Pario deducit. quem ſequor aſſentiente etiam Kalendario, uetere Romano, quòd hic, in extremo libro, cum Patris interpretatione, imprimendum curauimus. Cari-*
» *ſius, lib.* I. *Palilia, inquit, dicuntur. Pales*
» *enim dea paſtoralis eſt. cuius dies feſtus. niſi*
» *quod quidam, a partu Iliae, Parilia dicere ma-*
» *luerunt*

PARRICIDA, *duplici* R R. *libri ueteres, & Etymologia*

PATRICIVS, *cum* C. *libri ueteres, Graeca conſuetudo, & lapides*
Romae, in domo Caeſia
Via Oſtienſi, I V. *ab urbe lapide*
Fulginei.

Haec cum ſcripſiſſem, incidi in Velleij Paterculi hiſtoriam. Quam cum legerem, Patricios dictos reperi, ſenatorum, qui patres dicebantur, filios, eo quod patres ciere poſſent

PAVLLVM, &, PAVLLVLVM, L L *geminata, ut ſenſit Terentius Scaurus, in Libello de Orthogra-*
» *phia, cuius haec ſunt uerba: Sine dubio peccant*
» *qui Paulum, & Paululum per unum* L *ſcribunt*

„ *cũ alioqui prima poſitio eius duplici hac litteræ*
„ *enuncietur, Pollum, & Poſiliũ libri, & lapides,*
Romae, ad Pontem Ceſtium

Ne quis uero miretur, Pulcrum in eadem inſcriptione ſine Adſpiratione ſcriptum eſſe (de qua ſcribendi ratione quaedam & Cicero in Oratore) audiat Terentium Scaurum, antiquum Grammati-
„ *cum. Pulchrum, inquit, quamuis in conſuetudi-*
„ *ne adſpiretur; nihilominus tamen ratio exſili-*
„ *ter & enunciandum, & ſcribendum perſuadet:*
„ *ne una omnino dictio, aduerſus Latini Sermonis*
„ *naturam, media adſpiretur: cum alij a Graecis*
„ *putent eſſe translatum, quaſi Pulchrum* πολλὸν
„ χρῶμα, *quippe multum nitoris, & elegantiae,*
„ *ſignificaret. Sunt tamen non hebetis ingenij uiri,*
„ *qui nomina huiuſmodi, in Crum exeuntia, a uer-*
„ *bis deduci uelint, a Fulcio, Fulcrum; a Sepelio, Se-*
„ *pulcrum; a Polio, Polcrum; mox, conſuetudine,*
„ *Pulcrum. Cariſius quoque, lib. I. Pulcrũ, inquit,*
„ *Varro adſpirari debere negat: ne duabus cõſonan-*
„ *tibus media intercedat Adſpiratio: quod mini-*
„ *me rectum Antiquis uidebatur. unde & Sepul-*
„ *crum hodieq. manet, quod ſit Seorſum a Pulcro,*
„ *propter recordationem doloris*

PAVLLVS, LL *geminata, Cognomen Aemiliae gẽtis. lapides Capitolini, & alij; & nummi argentei tres Andreae Lauretani, Alexandri Toti, & Aloyſij Mõdellae, ſic omnes inſcripti,* PAVLLVS LEPIDVS. CONCORDIA. PAVLLVS. TER.

Vide

Vide & Velium Longum, de Ortographia
Romae, in Baſi Tiburtina
Ad D. Marinae in uia
Ad Agonem, in domo quadam: olim in aedibus Colotianis
In aedibus Maſaciorum
In hortis Carpens.
Ad Cur. Sabell.
In Baſilica Lateranen.
In Thermis Conſtantinianis
Saepini, in Samnio
In Aequicolis
Caerete
Extra Mirabellam
Brixiae
Ibidem
Ibidem
Ibidem
Ibidem
Ibidem, ad Cathedralem Eccleſiam
Gambarae, in agro Brixiano, ad D. Petri Templum
Ad D. Mariae, uulgo, de Inuergnano
Mediolani
Vnica tamen L, *legitur in quibuſdam inſcriptionibus*
Romae, apud Octauium Pantagathum
Ad Forum Piſcarium, in Aedibus Angeli Velarini
In aedibus Euryali Rufini, ad Buſta Gallica

In

In aedibus Attiilij Delphinij

Ad D. Auguſtini, in domo quadam

Ad Salonae aquae originem, in Triuultiorum hortis

Tibure, ad D. Silueſtri

In Agro Arpinati, ſupra Fibrenum fluuium

Senogaliae, in Piceno

Veronae

Brixiae, ad aedem D. Afrae, in ſacello ſubterraneo

Montisplani, (ſic uulgo dicitur) ad D. Antonij

Mediolani

PECVNIA, *per* C, *& non per* Q, *ſcribendum eſt: (inquit Cariſius lib.* I. *Inſtit.) quoniam* Q. *litteram nuſquam uolunt ueteres poni alias, niſi ut duae uocales ſequantur, quarum prior ſit* V. *lapides omnes*

In inſcriptione tamen, quae eſt Venuſinae, ad Fontem Othi, cum Q, *Pequnia male legitur*

PEDIVS, *non,* PAEDIVS, *familia Romana. libri ueteres, Poetae, lapides Capitolini, & alij*

Foro Sempronij, in Piceno, in hortis Polydori Ruſtij

In-

Interamnae

PAEDVCAEVS,*non*, PEDVCEVS ; *aut*, PAEDVCEVS *libri ueteres, & lapides*

Mutinae

Interamnae

Romae, in Piſcina publica, in Tiburtin.

PENITVS, *non*, PAENITVS, *ut uideo ſcriptum eſſe in quibuſdam libris. Poetae enim primam corripiunt*

PENNVS, *duplici* NN ; *Cognomen Iuliae gentis. libri ueteres, & lapides Capitolini*

PENARIVS, *&*, PENVARIVS, *reperitur in uulgatis libri ;* PAENVIARIVS *autem in antiquo lapide, quamuis mendoſe cum diphthongo : nam Poetae primam corripiunt*

Puteolis, in hortis Proregis

PERENNIS, *non*, PEREMNIS. *ex antiquis & libris, & lapidibus*

Romae, ad D. Io. & Paulli

In aed. Franciſci Liſchae

Ad Columnam Antonini, in aed. Bubalorum

PERPERNA, *non*, PERPENNA; *Cognomen familiae Romanae. lapides Capitolini, & alij*

Romae, ad D. Paulli

Romae tamen, ad D. Helenae, retro Thermas Conſtantinianas, eſt antiqua inſcriptio, in qua, Perpenna, legitur

PETILLIVS, LL *geminata, familia Romana. lapides Capitolini, & nummi duo argentei Andreae Lauretani, aliusq. Rinaldi Odonij, ſic inſcripti,* L. PETILLIVS. CAPITOLINVS. *Iuuenatij tamen eſt antiqua inſcriptio, in qua* PETILIVS, *unica* L *legitur*

PETIVS, *unica, & duplici* T T, *reperio in antiquis inſcriptionibus*

Vnica, Romae, ad Forum Iudaeorum

Duplici, Rocae, iuxta Neapolim, in domo clariſſimi Comitis de Seminara

Aquilae, intra Aedem S. *Secundi*

PHOEBVS, *cum Oe. Graeca conſuetudo, & lapides Romae, ad Columnam Antonini, in Aedibus Bubalorum*

In aedibus Capranicorum

Ad D. Mariae, in Foro Iudaeorum

In domo Caeſia

In Foro Romano

In adſcenſu Capitolij, in domo quadam

In aedibus Rainutij Farneſij

Reate, ad D. Petri

PIGNVS, *Pigneris, dicebant ueteres; Pignus, Pignoris, poſteriores. lapides*

Pigner. Romae, ad D. Mariae, in uia, in monaſterio

Pignor. Romae, in Muſaeo Carpenſi

Ad Agonem

PIRAEEVS, *cum Ae diphthongo in ſecunda ſyllaba Graeca conſuetudo*

PLAETORIVS, *cum Ae, familia Romana. libri, & lapides*

Romae, ad D. Mariae in Porticu

In aed. Io. Zabrerae, ad Fontem Triuij

In Aequicolis.

Item quattuor nummi argẽtei Andreae Lauretani, quorum unus, L. PLAETORIVS. CEST. IMP. *ſecundus,* M. PLAETORIVS. AED. CVR. EX. S. C. *tertius,* M. PLAETORIVS. CEST. EX. S. C. *cum alio Alexandri Toti, idem inſcripto; quartus,* M. PLAETORIVS M. F. AED. CVR. *& alius Matthaei Forerij, cum iiſdem litteris*

PLANCIANVS, *cum* C, *deductum a Plancia gente nummus argentus Andreae Lauretani, ſic inſcriptus,* CN. PLANCIAN. AED. CVR. *& lapides Romae, in aed. Maſaciorum*

PLAVTIVS, *cum* T, *familia Romana. libri, lapides Capitolini, & alij; & nummi duo argentei Andreae*

dreae Lauretani, quorum unus, A. PLAVTIVS. AED. CVR. EX. S. C. *alter,* L. PLAVTIVS. *& alius Io. Mariae Sculptoris, ſic inſcriptus,* C. PLAVTIVS. PLANCIVS. *& alius Matthaei Forerij, cum his literis,* A. PLAVTIVS. AED. CVR. EX. S. C. *& alius eruditiſſimi hominis, clariſſimiq. Comitis, Conſtantij Landi, in quo eſt,* L. PLAVTIVS

Romae, in uirid. Paulli Bubali, ad Aquam Virginem

POENA, *cum Oe ſcribo, ex antiquiſſimis libris, Virgilio Carpenſi, & lapidibus; praeterea ex Graeca deriuatione. Graeci enim,* Ποινὴ

Romae, in Muſaeo Carpenſi

In Aedibus Atilij Delphinii

In Aedibus Alberici Cibo, Carrariae Principis, ad Agonem

Ad D. Antonii, e regione Hoſpit. Anglorum

Neapoli

POETELIVS, *cum Oe. lapides Capitolini, & alii*

Romae, in Muſaeo Carpenſi

Ad Cur. Sabell.

POLLA, *duplici* LL, *deductum a Paulla. libri ueteres, & lapides*

Romae, ad D. Mariae in uia Aquini

Albacinae, Fabriani pag.

Neapoli

Brixiae, in Foro

POLLIO. LL *geminata, Cognomen Aſiniae gentis lapides Capitolini, & alii*

Romae, uia Latina

In

In edib. Porcarioru
Apud Atilium Delphinium
Charticeti, Fani opid.
Caſini, in Templo D. Mariae, in pauimento
Ad Lirim fluuium
Mediolani

Contra tamen in quibuſdam inſcriptionibus
Romae, in aedibus Arberinorum
In agro Bellunenſi

POMERIVM, *ſine diphthongo. libri, & lapides*
Romae, affix. parieti, ante D. Luciae Cloacam
Ante Aedes Caeſias

Hinc licet intelligere, quod uideor iam ſaepe monuiße, conſuetu dinem apud ueteres ualuiſſe plurimum: cum, Pomerium, nõ, Pomoeriũ, ſcriberẽt licet à Pone, & Moeros, ideſt, Muros, deductum nõ ignorarẽt, ut ait Varro, lib. 4. de Serm. Lat. & Liuius, lib. 1. nam antiqui, pro V. uſurpabãt Oe ut Coerare, pro, Curare; Moeri, pro, Muri; Oeſus pro, uſus, apud Ciceronẽ li. 2. de Legibus; Moeſia, pro, Muſia, ſiue Myſia, & ſimilia. Quae aliquãdo, ſi uita, ualetudo, & otiũ ſuppetet, ex nôſtris Antiquarũ Inſcriptionum libris cognoſcẽtur. Vide hic infra noſtram ueterum Notarum Explanationẽ, in, O E, pro, V.

POPILLIVS LL *geminata. lapides Capitolini, & alij*
Romae, in Aedibus Atilij Delphinij
In hortis Carpens.
Trans Tib. in Aed. Aurelij Matthaeii
Brixiae, ad Aedes Patronianas
Gottholongi, (ſic dicitur) in agro Brixiano, ad D. Petri

Vnica tamen I *legitur in ſequentibus*
Romae, in hortis Carpens.

Ad

Ad D.Euſtachij

In aedibus Capranicorum

Ibidem

Ad D.Thomae, prope Templum Pacis

Ad D.Paulli

Praeneſte

Ibidem, in ſummo Templo

Tibure, ad D.Paulli

Pataiii, apud Cartolarios, in cella uinaria

POPLICOLA, *non,* PVBLICOLA; *P. Valerii Cognomen. lapides Capitolini, & alii. Liuius etiam, lib. 2. huius Cognominis cauſſam ponit, quaſi a Populo coleretur; his uerbis : Latae deinde leges, non ſolum, quae Regni ſuſpicione Conſulem abſoluerent, ſed quae adeo in contrarium uerterent, ut Popularem etiam facerent. inde Cognomen factum Poplicolae eſt. Valerius quoque, lib.* IV. *c.* I. P. *Valerius, inquit, populi maieſtatem uenerando, Poplicolae cognomen aſsecutus eſt*

Romae, apud Maſaeios.

Erut. uia Sacra

In agro Brixiano

POPPAEVS, *gemina* PP, *& cum Ae diphthongo. libri, lapides Capitolini, & alii*

Quamuis aliter legatur, in uetere lapide

Romae, in aedibus Porcariorum

PORCIVS, *cum* C, *familia Romana, a Porco; ut ab Aſino,*

Aſino, Aſinius; ab Oue, Ouius; a Gallo, Gallius. libri, lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Antonij Auguſtini, & alius Franciſci Molinij, ſic inſcripti, M. PORCIVS. LAECA *Romae, ad D. Laurentij, extra muros Ad Forum Mali aurei*

POSTTRIDIE, *quidam duplici* T T *ſcribunt: quaſi Poſt triduum. quos non ſequor. in omni enim re delectus eſt habendus. Eadem ratione ſcribunt & Tranſcribo, Aſſtitit, Pediſſequus, Aliſſequus & ſimilia*

POSTVMIVS, *familia; &,* POSTVMVS, *Cognomen ſine Adſpiratione, contra Etymologiam. (Plut. in Sulla.* τῆ ὕστερον τῆς πατέρων τελευτῆς γε-
„ νόμενοι. *Plautus Aulularia: Poſt mediam aeta-*
„ *tem qui ducit uxorem domum, ſi eam ſenex a-*
„ *num praegnantem fortuitu fecerit: quid dubi-*
„ *tas, quin ſit paratum nomen puero Poſtumus?*
lapides Capitolini, & alij; & nummi duo argentei Andreae Lauretani, quorum unus, A. POSTVMIVS. A. F. ALBINVS. BRVTI. F. COS. *alter,* A. POSTVMIVS. COS. *& alius Alexandri Toti & alius Matthaei Forerij, duo Rinaldi Odonij & alius, quem duobus adhinc annis, antequam diem ſuum Romae obiret, mihi dono dedit Conſtantius Landus, Comes; cuius hominis mirifica probitate, praeſtantiq. doctrina ualde delectabar cum iiſdem litteris*

Romae, ad D. Marci, in aedibus Horatij Muti

Ad D. Paulli

In Palatio Neruae

In Hadriani Mole

Neapoli

Ibidem

Puteoli

Canusijs

Mediolani, apud Vicum Galeratum

Brixiae, in Templo omnium Sanctorum

Concesij

Bagnoli, in Templo D. Proceſſi, & Martiniani

Patauij, in aedibus Franciſci Quirini

Inuenio &, POSTIMIVS, *in antiquo lapide*

In aedibus Caesijs

PRAEMEFERO, PRAETEFERS, PRAESEFERT *unica dictione ſcribo: quamquam ex tribus componatur. uſu enim in unam tranſijt: ſicuti, Quemadmodum, Quamobrem, & ſimilia*

PRAESERTIM, *cum Ae. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides*

Romae, In Aedibus Maſaeiorum

PRAESTINGVERE; *ſcribo; non,* PERSTRINGERE *aut,* PRAESTRINGERE, *ex auctoritate ueterum librorum*

PREN-

PRENSVS; *non,* PREHENSVS, *Terentius Scaurus praecipit ſcribendum: quod deducatur a Prendo, non, Prehendo. cui aſſentiunt ueteres libri, & Virgilius Carpenſis*

PRETIVM, *ſine diphthongo. libri, & lapides Praeneſte*

PRO, *ſine Adſpiratione; ut, Pro Iuppiter. Feſtus, & Virgilius Carpenſis, Aen. lib.* IV

PROCILIVS, *non,* PORCILIVS. *libri, & nummus argenteus Aloyſij Mondellae, in quo eſt,* L. PROCILI. F. *& lapides*

Romae, ad D. Antonij, prope Aculeam S. Mauthi.

Ad D. Thomae, prope Templum Pacis.

Nominatur a Caeſare C. Val. Procilius. ubi antiqui libri, Procillus, uel, Troacillus.

PROCONSVL, *unico uerbo ſcribendum, licet exiſtimare, cum Suetonius, & Plinius, Proconſulatus Gellius, Proconſulare, unico uerbo, dixerint. Veteres contrahebant* PRO. COS. *itaq. ſcriptum in lapidibus Capitolinis, & alijs, animaduerti. quae ſcribendi ratio moleſtas Grammaticorum quaeſtiones uitabat. librarij poſtea, alij, Proconſul, uariatis caſibus; alij ſemper, Pro conſule, produxerunt. Ego libenter Antiquorum conſuetudinem imitarer, ne cum alterutra parte, ſui quaſi iuris poſſeßionem tenente, litigare neceſſe habeam.*

beam. Quod ſi alterutram ad partem cogar inclinare, libentius ſcripſerim, Proconſul, Proconſulis, Proconſuli, & quae ſequuntur in quo me ualde mouet ſimilitudo; cum, Abnepos, & Pronepos; non Ab nepote, uel, Pro nepote, omnes dicant. quod ſi hoc conceditur, (nec diſſentire quemquam uideo) ualeat eadem ratio in Proconſul, & Propraetor, & ſimilibus. Veteres autem non modo, PRO.COS. pro, Proconſul; ſed etiam, P.Q. pro Populusque, ſeparatim ſcribebant: quod nos unico uerbo ſcribere omnes conſueuimus. Nec me mouet exemplum illud, in oratione, ut opinor, pro lege Manilia, cum L. Philippus dixit, ſe mittere Pompeium ad Bellum Mithridaticum, nō Pro conſule, ſed Pro conſulibus. reſpexit enim ad originem compoſitionis, & ad ſignificationem nominis, non ad uſum ſcribendi, aut loquendi. In epiſtola etiam X. lib. XVI. Fam.
„ legitur Nobis, qui Proconſulibus ſumus, negotiū
„ dederat ut curaremus, & c. in uulgatis. Quo loco omnes ueteres libri, nulla uarietate, Proconſules, habent. Diuus autem Auguſtinus, in libro de
„ Grammatica, Ab E, inquit Littera uocali nullum
„ Latinum, niſi iuncta praepoſitione, maſculinum
„ inuenitur; ut, Proconſule, Pro praetore. Ergo
„ iuncta praepoſitione, fiunt Latina; ut dixi, Pro
„ praetore, Proquaeſtore. nam ueteres nominatiuo
„ caſu, Proconſul, dicebant; attendentes, nullum no
„ men apud Latinos, uirilis generis, in E exire
Proconſul etiā unica dictione legitur in antiquo lapide,

pide, ſuperiore anno ad D. Stephani in Coelio monte effoßo

Antea quoque eiuſdem inſcriptionis exemplum exſtabat, ad Agrippinam

Item eiuſdem fragmentum, in Aedibus Atilij Delphinij

In Aede D. Priſcae, in Auentino

In Aedibus Maſaeiorum

Ibidem

Ad D. Alexij

In domo Caeſia

Ibidem

In hortis Fabianini Montij

Ad Agrippinas

Ad Buſta Gallica, in Aedibus Euryali Rufinij

Ad Forum Traiani

Piſauri, ad DD. *Decentij, & Germani*

Auſonius quoque Edyll. V. *dixit*

" *Proconſul genitor, Praefectus auunculus inſtant*

PROELIVM, *cum* OE: *Virgilius Carpenſis, lapides Capitolini, & alij*

Romae, apud clariß. uirum, Pyrrhum Tharum

PROSCENIVM, *ſine diphthongo deducitur enim a Scena. contra tamen antiqui lapides. Vulſinijs*

PVBLICIVS, &, POBLICIVS, *in antiquis lapidibus*

bus inuenio: cum tamen, eandem ſignificari gentem, minime dubitem. Sed, quia ueteres, primum Poblius, deinde, Publius, dixerunt; hinc & Poblicius, & Publicius, deducta ſunt. lapides Capitolini, & nummus argenteus Io. Andreae Auetoldi, & alius Io. Mariae Sculptoris, & alius Matthaei Forerij, & alius Alexandri Toti, POBLICIVS, *habent. Mihi poſterior conſuetudo, quae ſuauitatem in pronunciando quaeſiuit, magis placet: quam confirmat nummus argenteus Andreae Lauretani, & lapides*

Public. In Vico Triputij, Agri Lupien.
*Pataui*j
In agro Brixiano, ad D. Mariae, ultra Herbuſcum
Poblic. Romae, in aedibus Podocatharorum, prope D. Luciae Cloacam
In Muſaeo Carpenſi
Infra Capitolium, ad Forum Traiani in Tiburtin. ad Theatr. Marcelli
Neapoli

PVBLILIVS, *non,* POBLILIVS, *familia. lapides Capitolini, & alij: etſi ijdem lapides, paullo poſt* POBLILIVS *habeant*

Romae, in aedibus Domitij Cauallerij
In aedib. Maſaeiorum, e Caeritib. allat.
Narniae, ad Portam antiquiſsimam

PVPIVS. *lapides*

Romae

Romae, in aed. Maſaeiorum
Puteolis
Senogaliae, in Piceno
Bergomi

Q

Q. ſcribebant neteres, cum copulantem particulam Que, ſignificarent : quod & lapides Capitolini, & alij, qui &, Que, producte habent, plane teſtantur

Romae, In aedibus Atilij Delphinij

In domo Vincentij Palumbij, ad D. Mariae in uia

Iuxta Aedes Carpenſes

Ibidem

Ad D. Mariae, in Foro Iudaeorum

Ad D. Clementis

Ibidem

Via Flaminia

In Foro piſcario, ad D. Angeli, in pariete domus

Ad cliuum Capitolinum, in Aed. Lucij Buccabellij

Ad D. Mariae, Trans Pontem

Ad D. Celſi

In Aed. Bruti Vall.

In aed. Fabij Creſcentij

Ad Cloacam D. Luciae, in domo Podocatharorum

Prope uiam Iuliam, in Foro negotiatorio, in Pariete quodam

Ad D. Paulli

Ibidem

Ad

Ad D. Mariae Cruciferorum, ad Fontem Triuij

Trans Tiberim

In Taberna quadam, prope Fontem Iulij I I I.

Via Flaminia

Via Flaminia, quae ducit ad Pontem Muluium

A Praeneſte tertio lapide, extra opidulum, quod uulgo Zagaruoli dicitur, in Eccleſia, allatum ex Nymphaeo, quod ſub radice Montis fuit, ubi adhuc fons pulcherrimus

Aquini, ad Cathedr. Eccleſ.

Neapoli

QVAMOBREM, QVEMADMODVM, *Sicut, Sicuti Velut, Veluti, Quamprimum, Quamplurimum Quamplures, Quamdoctiſſimus, Perbelle, Perdocte, Admodum, Propterea, & ſimilia, unica dictione ſcribo: quae, cum ſint compoſita, uſu tamen in unam naturam coierunt. libri, & lapides*

QVATTVOR, *duplici* TT. *Virgilius Carpenſis, Pandectae, Poetae, & lapides*

QVERELA, *ſine diphthongo, & duplici* L L. *libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides. Eodem modo & Loquella, in Virgilio Carpenſi, Aen. lib.* I V

QVEROR, *ſine diphthongo. libri ueteres, & lapides*

Romae

Romae, in inſula Tiberina
In domo Caeſia
Romae, ad Montem Iordanum
Ad D.Mariae Gratiarum, infra Capitolium
In Coenobio D.Paulli, uia Oſtienſi
Ad D.Marcelli
In Suburbio Reatino
In agro Brixiano

Male tamen QVAERELLA, *cum diphthongo, legitur*

In hortis Carpens.

QVIDQVID, *&*, QVIDQVAM; *non, Quicquid, aut Quicquam. dicimus enim, Quodque, & Quidque quamquam uideo etiam in uerbo Acquiro* D *in* C *mutari. Sed haec non ſatis firma ratio uidetur: cum ſcriptum etiam in antiquiſsimis monumentis animaduerterim, Adquiro; etſi, Acquiro, ſcribam. Accedit illa ratio, quod in, Quiſquis, a quo Quidquid deducitur, nullam litteram mutamus nec dici poteſt, in Quidquid ideo mutari* D *in* C, *ut pronunciatio leniatur. nam mihi quidem ſonus aliquãto aſperior uidetur in, Quicquid, quam in, Quidquid. Confirmant noſtram opinionem Quinctilianus, lapides, & Virgilius Carpenſis, in 2. Aen. ibi*

" *Quidquid id eſt; timeo Danaos, & dona ferentes*
Interamnae, ad Maximum Templum VI.

QVINCTVS, QVINCTIVS, QVINCTILIVS,

QVIN-

QVINCTILIANVS, *&*, QVINCTILIS, *cum* CT *ſcribo ; ſecutus lapides Capitolinos, & alios ; etſi quidam lapides ſine* C. *Admonet enim Etymologia, ut, quemadmodum a Relinquo, Relictus, a Coquo, Coctus ; ſic, a Quinque, Quinctus, deriuemus*

Romae, in aedibus Capranicorum

Repert. in Foro Romano, ad Aedem Saturni : ante Templum D. Hadriani, nunc prope aedes Farneſianas

Ferentini, in Latio, in uinea

Hiſpelli

In agro Veronen.

Contra tamen in ſequentibus

Romae, ad D. Marci

In aed. Hier. Spannochij, ad Aculeam S. Mauthi

Ad Aquam Virg. in uiridario Paulli Bubali

Ad D. Mariae, Trans Pontem

Ad Agonem, in Eccleſia D. Agnetis

In aedibus Benzoniorum, ad D. Marci

Tibure, ad D. Mariae

QVO MODO, *&*, QVOQVO MODO, *& ſimilia, quis dubitet ſeparatim ſcribenda eſſe ? ſicuti etiam ſcribitur, Quodam modo. Eiuſdem generis ſunt, Si quis, Prius quam, Poſtea quam, Ante quam, Propterea quod. quod libri ueteres uidentur confirmare*

QVOTIDIE, *quod componitur ex Quoto die, cur non ſcribam, cum Antiquis? Quinctilianus enim Aetate ſua Cotidie dictum ſignificat. uerum enim in hoc uetuſtiorem conſuetudinem magis probo: alioqui, ut Cotidie, ſic & dicendum eſſet, Cotannis. quod ineptum, & contra conſuetudinem eſſet; aſſentiente Virgilio Carpenſi. lapides* COTTIDIANVS, *habent*

Romae, in aed. Maſaeiorum, e Caeritib. allat. 2.

Quotidie uero duplici T T. *Poetae ſcribunt, metri cauſſa: ut, in,* RELIGIO, RELLIQVIAE, RETTVLIT

QVOTIES, *non*, QVOTIENS, *item &* TOTIES *ex aurium ſuauitate, ſcribo; & ex lapidibus. Contra tamen in quibuſdam*

Romae, extra portam Flaminiam, in uinea quadam

R

Raeti, *Populi, cum Ae diphthongo. libri Graeci & lapides*
Prope Caietam, in Templo rotundo
Meſſanae, in Sicilia

Regivm, *Italiae opidum, ſine Adſpiratione*

Religio, *unica* l. *libri, & lapides. Poetae addunt* l, *ut producatur prima ſyllaba, quae breuis natura eſt*
Romae, in Ianiculo, ad D. Onuphrij, in adſcenſu
In aedibus Colotianis
In aedib. Mafaeiorum
In aedibus Porcariorum
In aedibus Hieronymi Picij
Ferentini, in Latio, in uinea

Reliqviae, *unica* l. *fit enim a Reliquo. Poetae addunt* l, *ut prima ſyllaba producatur. alioqui locum in carmine non haberet. lapides*
Romae, ad Campum Florae, in pariete domus Clementinorum Vrbeuet.
In aedibus Atilij Delphinij
In aedibus Pauli Pini, ad D. Mariae Rotundae
In hortis Carpens.

REMMIVS, *non*, REMNIVS, *aut* RHEMNIVS, *reperitur in antiquo lapide*

Romae, apud Achillem Statium Luſitanum

REPREHENDO, *ſine diphthongo, & cum Adſpiratione, contra ueteres aliquot libros. corripitur enim in ſecunda ſyllaba apud Poetas*

RETVLIT, *in ſoluta oratione;* RETTVLIT *in carmine. nam natura ſua, cum deducatur a Refero facit Retuli. ſed Poetae addunt* T *ad producendam primam ſyllabam, ſicuti addunt* L *in Relligio, & Relliquiae. Rettulit tamen, duplici* TT *eſt in Capitolino Marcelli Triumpho, & in ſequenti inſcriptione*

Neapoli, in aedibus Hadriani Gulielmij

RHEGIVM, *Siciliae opidum. cum Adſpiratione. Strabo lib,* VI. *deriuat* ἀπὸ τοῦ Ῥήγνυσθαι, *id eſt a Frangendo. libri, & lapides*

Tegeani in Calabria

ROBIGO, *non,* RVBIGO. *unde ueteres Robum dixere, teſte Feſto Pompeio. Virgilius Carpenſis*

ROMILIVS, *non,* ROMVLIVS, *familia Romana. libri ueteres*

RVFVS

RVFVS, RVFINVS, & RVFINIANVS, *unica* F. *ſex nummi argentei Andreae Lauretani, in primo eſt,* RVFVS. III. VIR, *in ſecundo,* RVFVS. *in tertio,* RVFVS. S.C. *in quarto,* Q. POM. RVFVS. COS. *in quincto,* Q. POMPEIVS. RVFVS. COS. *in ſexto,* L. SERVILIVS. RVFVS. *& tres item argentei Rinaldi Odonij, duo ſic inſcripti,* RVFVS. III. VIR. *tertius autem,* Q. POMPEI. Q. F. RVFVS. COS. *& lapides*

Romae, infra Capitolium, ad D. Mariae in Ara caeli.
In hortis Carpens.
Ibidem
In Muſaeo Carpenſi
Ad D. Andreae
In Aedibus Alexandri Rufini
Ibidem
Ad D. Mariae in uia
In Aedibus Atilij Delphinij.
In Capitolio
Ad D. Anguſtini, in domo quadam
Ad D. Io. ante portam Latinam
Ibidem
Praeneſte
Ibidem
In Aequicolis.
Allifis, in Campania
Ferentini, ad D. Ioannis, & Paulli Cathedrale Templum
Teleſiae, in Eccleſia

Sentini

Sentini
Capuae, ad Ripam Vulturni
Neapoli, in aedibus Petri Pighiolae
Iuxta Neapolini
Mirabellae, in aedibus Ferdin.
Guindacij
Ibidem
Extra Mirabellam
Luceriae
Placentiae, ad D. Paulli
Ibidem, ad D. Antonij
Materni, in agro Brixiano, apud Benacum
Aſiſij, in Vmbria
Inguij, in Theatro Gabrieliae Familiae
Feltriae

RVLLIANVS, *non,* ROLLIANVS. *libri ueteres*

RVTILIVS, *non,* RVTILVS. *familia Romana. Rutilus enim eſt Nautiorum, & Marciorum cognomen*

S

SACRA VIA, *uidetur & unica dictione, & duabus ſcribi poſſe; unica, primum, ex auctoritate Cariſij deinde, quia dicimus, Sacrauienſes; poſtremo, ex lapide ſequenti, qui eſt Romae, apud Atilium Delphinium*

Duabus. dicit enim Horatius in Sermonibus

„ Ibam forte uia Sacra, ſicut meus eſt mos
„ Neſcio quid meditans nugarum, totus in illis
„ Occurrit &c.

& ex ſequentibus lapidibus

Romae, ad D. Agathae

Ad D. Bartholom.

SAECVLVM, *cum Ae. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, nummi ueteres Domitiani, Seueri, Philippi, & ſex nummi aerei Rinaldi Odonij, ſic inſcripti, ab uno latere,* MARCIANA. AVGVSTA *ab altero uero,* FELICITAS. SAECVLI. *lapides Capitolini, & alij*

Romae, in Baſi, repert. ad radices Palatini, e regione DD. Coſmae, & Damiani; nunc apud Hieronymum Picium

In aed. Columnenſium, ad DD. *Apoſtolos*

Praeneſte

Mediolani

Praeterea, nummum argenteum apud Laurentium Medicem ſe uidiſſe, cum ſequenti inſcriptione, te

ſtatur Angelus Politianus in Miſcellaneis: LVD. SAEC. FEC. COS. XIIII.

Quidam a Sequendo deduxerunt, quod Sequatur ſe, atque in ſe reuoluatur. Varro a Sene deriuat, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putauerunt. utrocumque modo, corripi ſyllabam neceſſe uidebatur. ideo ueteres addiderunt A, *ut fieret diphthongus.*

SALLVSTIVS, LL, *geminata. Martian. Cap. 13. Poetae, libri, nummus aereus, quem Romae uidi anno* ∞. D. LXVI. *menſe Iulio,* SALL. BARBIAE. ORBIANAE. AVG. *& lapides.*

Romae, iuxta aedes Carpenſes
Apud Fuluium Vrſinium
In aed. Paulli de Horologijs
In Muſaeo Carpenſi
Non procul a Ponte Calario
In Pulchro uiridario Summi Pontificis
In aedibus Hadriani Fuſconij, Epiſcopi Aquinatis
Ibidem.
Trans Tiberim, ad D. Caeciliae, in pauimento.

SAMAROBRIVA, *non,* SAMAROBRINA. *libri ueteres, & Graeca conſuetudo. Graeci,* Σαμαροβρίνα

SANTO-

SANTONES, *populi, non*, XANTHONES. *libri ueteres*

SCAEVOLA, *Muciae gentis Cognomen, an*, SCAEVVLA, *ſcribendum ſit, ambigo. Scaeuola, uideo in antiquis libris; Scaeuula, in lapidibus Capitolinis, & in nummis duobus argenteis Fuluij Vrſinij. Interim, dum hic quaſi nodus expediatur, librorum teſtimonium, & receptam, uſuq. iam confirmatam conſuetudinem, ſequi placet*

SCENA, *ſine diphthongo. libri, & Graeca conſuetudo; etſi aliter lapides omnes, quoſcumque uiderim*

Romae, in Muſaeo Carpenſi
In aedibus Mafaeiorum
In aedibus Atilij Delphinij
Curibus, in Sabinis
Spoletij, in Crypta Templi cuiuſdam
Allifis
Tibure, ad D. Silueſtri

SCHOLA, *cum Adſpiratione ſcribo, ex Graeca deriuatione, & ex antiquis lapidibus*

Romae, in Auentino, ad D. Alexij, in porta

SCIDA, (*inquit Cariſius Inſtit. lib.* 1.) *charta, ſine*
„ *Adſpiratione, a Scindendo dicta eſt. ſed alij eam*
„ *cum Adſpiratione Schidam, ex Graeco ἀπὸ τῦ*
„ Σχίζειν, *dictum putant*

Sebethvs, *fluuius prope Neapo.moenia, labens, non,* sebethrvs; *cuius mentionem facit Virgilius, Statius, & Columella. lapides*

Septemtrio, *cum* m, *non cum* n. *libri, & lapides*
Lanuuij, ante Templum
Polae, in Delmatia

Sepvlcrvm, *ſine Adſpiratione: fit enim à ſupino Sepultum, Sepulcrum: ut a Simulatum, fit Simulacrum; ab Inuolutum, Inuolucrum; a Fultum Fulcrum; a Lauatum, Lauacrum; ab Ambulatum, Ambulacrum; mutata* t, *in* c; *& addita* r, *Sunt omnino lapides, libri, Gellius, Pontanus, & Georgius Valla, qui aliter ſenſerũt: ſed aperta nimis Etymologia eſt: & Seruius in* III. *Georg. ait ueteres ſcripſiſſe, Sepulchrum; poſt abiectam eſſe*
„ *Adſpirationem. Eius uerba ſunt haec: Tria uete-*
„ *res habebant nomina, in quibus* c *litteram ſeque*
„ *retur Adſpiratio, Sepulchrum, Orchus, Pulcher*
„ *e quibus Pulcher tantum hodie recipit Adſpi-*
„ *rationem. Quid apertius? Nec tamen deſunt lapides in quibus ſine Adſpiratione ſcriptum ſit*

Romae, in aedibus Atilij Delphinij
Trans Tiberim, prope Matthaeiorum aedes
In Hiſpania, XX *millia paſſ. procul a Patrono opido*

Seqvvntvr, *non, ut quidam libri, & lapides,*
Secuntur

Secuntur. dicimus enim, Sequor, & Sequens & Sequella: in ſupino tamen, Secutum, uitandae aſperitatis gratia. Vide Priſcianum

Romae, in aedib. Colotianis
In aedib. Cecchinorum
Torcelli

SERRANVS, *duplici* RR, *Atiliorum Cognomen, etſi deducatur a Serendo, & nummus argenteus (in,* ATILIVS *) habeat,* SARA. *lapides Capitolini, & alij*

Interamnae
In agro Vicetino

Atilij & Serrani, & Sarrani, dicti ſunt, poſt captum Regulum Poenis, ſiue Tyrijs, quos Sarranos recte dici, Probus, ſiue quis alius docet, dum interpretatur Virgilij locum, Sarrano incubat oſtro. Hinc Tibiae Sarranae, apud Terentium

SESTIVS, *non,* SEXTIVS, *cum eſt patricia familia. lapides Capitolini, & alij, & nummus argenteus Andreae Lauretani, in quo eſt,* L. SEXTIVS PRO. QV.

Romae, in Cippis duobus

SEXTILIS, *menſis, non,* SESTILIS. *lapides Capitolini, & alij*

SEXTILIVS, *non,* SESTILIVS, *familia Romana. lapides*

Romae, ad Arcum Conſtantini, in uinea quadam

Ad D. Rocchi, ante aedes Sudorinorum

Ad D. Mariae de Monteferrato, Apud Cur Sabell.

Aquini

Patauij

In Apulia

Extra Mirabellam

SEXTIVS, *non*, SESTIVS; *cum eſt plebeia familia. Graeca conſuetudo, lapides Capitolini, & alij*

Romae, apud Fuluium Vrſinum

Brundiſij, ad D. Magdalenae

Prope Piſaurum

In agro Brixiano, ad D. Mariae ultra Herbuſcum

SICA, *familia Romana, unica* C. *libri ueteres*

SIDVS, *cum* I, *non cum* Y. *libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & Etymologia. deducitur enim, ut ait Varro, ab Inſidendo. Et nummi duo ueteres, Antonij Auguſtini*, DIVA. FAVSTINA. PIA. SIDERIBVS. RECEPTA

SIGILLATIM, *non*, SINGILLATIM; *a Sigillum libri ueteres, & lapides*

Reate

Reate

SILANVS, *non*, SYLLANVS, *Cognomen Iuniorum libri, lapides Capitolini, & alij; & duo nummi argentei, unus Andreae Lauretani, alter Alexandri Toti, ſic inſcripti*, D. SILANVS. L. F

Tibure

Praeneſte

SILVA, *cum* I, *non cum* Y, *omnis antiquitas. Alij ſcribunt cum* Y, *deducentes a Graeco*, Ὕλη, *contra libros, lapidesq. omnesq.*

Ad Cloacam D. Luciae, in Aedibus Podocatharorum

Et, in antiqua figulina

SILANVS, *Cognomen Plautiorum, cum* I, *non cum* Y. *Sic &* SILVANVS, *Deus. libri ueteres, & lapides*

Prope Tiburim, ad Pontem Lucanum

Ibidem

In Aedibus Paulli de Horologijs

Vltra Accadiam, in Crypta Eccleſiae D. Mariae Beuia, ïs

Gennadij

Meianei, ad Portam Ciuitatis

Romae, in aedibus Atilij Delphinij

Sub Quirinali

Via Iulia

In aedib. Podocatharorum, prope D. Luciae Cloacam
Ad D. Paulli
In uia public. prope Capranic.
Fiani, quod eſt Opidum ad Tiberim, 18 ab Vrbe Miliari
Vulſinijs
Mirabellae, in aedib. Ferdinandi Guindacij

SIMILLIMVS, *gemina* L L, *ut ſyllaba producatur: alioqui enim corriperetur. Poetae*

SINCERVS, *cum* I, *non cum* Y *libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

SIQVIDEM, *coniunctim ſcribo: quod indicat Ouidij uerſus*
" *Quae mihi uentura eſt, ſiquidem eſt uentura ſenectus*
Nam, Si, cum non eſt compoſitum, producitur; Eiuſdem generis ſunt, Quare, Quamobrem, Poſtea, Propterea, Ideo, Sanequam, Valdequam, Praeterquam, Quilibet, Quiuis, & ſimilia

SOBOLES, *largior Conſuetudini, Auribus indulgenti: cui & Cicero ipſe plurimum tribuit, ut in Oratore legimus: licet antiquiores libri habeāt, Suboles; & cum libris lapides conſentiant, ut omittam ſatis apertam compoſitionem, ex Sub, & Oleſco*

Romae, In hortis Carpens.

SOLLEMNE, *non*, SOLENNE, *habent antiquiſſimi libri, & lapides. Analogia Solenne uidetur probare: ſi modo a Solo anno deducitur, ut quidam putant. &, Perenne, dicimus, non Peremne quod itidem ab Anno componitur. In hoc tamen plus Antiquitati demus, quam Analogiae. uide Feſtum, in, Sollo &, Oſce*

Auximi

SOLLERS, *duplici* L L. *Martianus lib. 3. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & Vaticanus, & lapides*

Aquilae

In Ciuitatella Veronae

Vide & Feſtum, in, Sollo, & Oſce

SOLLICITARE, *duplici* LL, *ſcribendum, uidetur ſenſiſſe Iſidorus nam lib. x. in littera* S; *Sollicitus inquit, eſt, qui Sollers, & citus, atque irrequietus; Sic etiam ſcriptum uideo in antiquis lapidibus*

Romae, in domo Caeſia

In hortis Carpens.

In aedibus Atilij Delphinij

Feſtus autem deducit a Solo, his uerbis: Solicitare, quidam dictum putant, quaſi Solo citare idest, ex ſuo loco, ac ſententia, mutare. Solum autem, quin ſignificet Locum, quis dubitet? cum Exſules quoque dicantur, loco patriae ſuae pulſi. Donatus quoque, ijſdem paene uerbis in Terentij Heautontim. act. 3. ſc. 1. Quid aliud

inquit,

„ *inquit,eſt,Solicitare quam ſuo loco mouere? So-*
„ *lum autem, quin ſignificet Locum, quis dubitat?*
„ *cum Exſules quoque dicantur, loco patriae ſuae*
„ *pulſi*

SOLLISTIMVM, *duplici* L L. *libri ueteres*

SPELEVM, *ſine diphthongo. libri ueteres, & lapides*

Romae, ad D. Mariae Trans Tiberim
In opido Ticuli, dioec. Vrbeuetanae
Mediolani

SQVALEO, SQVALIDVS, &, SQVALOR, *unica* L, *a Squama deductum, libri ueteres, & lapides*

Romae, ante aedes Io. Coritij, ad Forum Traiani

SQVAMA, *unica* M. *libri ueteres, & Virgilius Carpenſis*

SVBSECIV. *a ſubſecando. etymologia*

SVFENAS, *unica* F. *nummi duo argentei, unus Andreae Lauretani, alter Matthaei Forerij, ſic inſcripti,* SVFENAS. S. C

SVGAMBRI, *populi, non,* SICAMBRI. *libri ueteres,*

res, & Graeca conſuetudo

SVLPHVR, *cum* PH, *non cum* F, *ſcribo; ſicut & Triumphus, non, Triumſus. Virgilius Carpenſis, & Vaticanus habent*, SVLPVR, *quo modo & alibi ſcriptum notaui in nummo argenteo*, BAEBI. TAMPIL. *pro, Tamphil. Vide Ciceronem in Oratore. Et in denarijs*: PILIPPVS

SVLPICIVS, *cum* C. *libri ueteres, Graeca conſuetudo, lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Aloyſij Mondellae, ſic inſcriptus*, C. SVLPICI. C. F

Romae, ad D. Nicolai in Calcaria, retro Caeſarinos, & Capiſuccos
Infra Capitolium, ad DD. *Coſmae, & Damiani*
Ad D. Aegidij
In aedibus Domitij Caualleri j
In aed. Io. Zabrerae, ad Fontem Triuij
Ibidem
In uinea Io. Poggij, Epiſcopi Tropien.
In aedib. Maſaeiorum
Ibidem, e Caeritib. allat.
In aedib. Columnenſium, ad DD. *Apoſtolos*
Mediolani
Placentiae, ad D. Antonij
Veronae
Bergomi

SVPELLEX

SVPELLEX, *unica* P, *& duplici* LL.*libri ueteres, & Poetae, qui primam corripiunt. Quamuis in lapidibus unica* L, *legatur*

Romae, in hortis Matthaeiorum

In aedibus Porcariorum

SVPREMVS, *unica* P, *contra ueteres aliquot lapides. etſi quidam lapides unica* P, *habent. prima enim apud Poetas corripitur*

Romae, in aedibus Atilij Delphinij

In Hiſpania Citer.

In domo Caeſia

SYLLA, *potius, quam,* SVLLA. *nam Sulla antiquius eſt, eorum temporum, cum Romani, a Graecis litteris alieni, libenter* V, *pro* Y, *pronunciabant. itaque, Phruges, non, Phryges; &, Purrhus, non Pyrrhus, eos dixiſſe, auctor eſt Cicero in Oratore; quod cum ille notauerit, nimirum ſignificat, aetate ſua, cum Graecae litterae magno in honore eſſe coepiſſent, Graecam litteram* Y *eſſe receptam, ut diceretur Phryges, non, Phruges; Pyrrhus, nō Purrhus, quod cum ita ſit; quis dubitet eadem ratione, Sylla potius, quam Sulla & ſcribendum, & pronunciandum? At Capitolini lapides aduerſantur, ſcripti a Verrio Flacco, Grāmatico doctiſſimo: in quibus aperte legitur, Sulla non Sylla. Grauis omnino auctoritas opponitur. Etenim, ſi quiſquā eſt, qui Capitolinis lapidibus multum tribuat; is ego ſum: quorum etiam teſtimonio in hoc*

meo

meo Commentario ſaepiſſime utor. Idem tamen, cum Auctoritates ueterum inter ſe comparantur unum Ciceronem, Romanae principem eloquentiae, ſexcentis Verrijs facile antepoſuerim. nec tamen ueto, quin, ſi cui libet, & quantum libet, Antiquitatem illam horridam, & incultam ſequatur. Cuius generis homines hodie quoque multi ſunt, & fuere, ipſo uiuente Cicerone. Eadem ratione Lacryma cum Y *ſcribi debet. cum tamen in omnibus lapidibus, & Sulla, & Lacruma perſpicue legatur, Cum* Yψιλὸν *Graecũ in* V *Latinum uertatur, ut,* Μῦς *mus;* Σῦλλα, *Sulla, & ſimilia. Sic etiam Donatus in Terentij Hec. act.* I. SC. 2. *Syra, inquit, Sura ueteres legerunt,* V. *pro* Y *ponentes; ut Muſia, Suria. Sic & Cumatilis color, a Graeco,* κῦμα

SYNHODVS, *cum* Y, *& Adſpiratione. a Graeco; ut Methodus, Exhodus. lapides*
Lanuuij, ante Templum
Trans Tiberim, ad D. Benedicti

TAEDET

T

TAEDET, *cum Ae. libri ueteres, & lapides Beneuenti, in Vico Fabrorum ferrariorum*

TAETER, *cum Ae. ex Virgilio Carpenſi lib.* X. *& ex antiquis lapidibus Romae, extra Portam Flaminiam, in uinea quadam*

TENSA, *ſine Adſpiratione. Feſtus, & Pedianus, qui deducit a Tendendo. Eius haec ſunt, in tertiam Ciceronis Orat. contra Verrem: Tenſae ſunt ſacra uehicula. Tenſas alij a diuinitate dici putant; alij, quod ante ipſas lora tenduntur, quae gaudent manu tenere, & tangere, qui eas deducunt. Seruius autem, enarrans illud Virgilianum, lib.* I. *Aen. Hic currus fuit; his uerbis utitur: Thenſam ſignificat, qua deorum Simulacra portantur. Thenſa autem cum Adſpiratione ſcribitur,* ἀπὸ τῦ τεῶ, *ideſt a re diuina. etſi in quibuſdam libris non eodem modo legantur haec poſtrema uerba*

TENTO, *non,* TEMPTO: *ex Analogia. frequentatiuum enim eſt a Teneo. in quo diſſentio a quibuſdam antiquis libris, & lapidibus; ſicut & ab ijs qui, Sepulchrum*

Romae

Romae, ad D. Marci, in aedibus
Benzoniorum

TERCENTVM, *non*, TRECENTVM, *& ſimilia libentius ſcriberem, ratione habita compoſitionis*

TEVTONI, *populi, non*, TEVTONES. *libri ueteres, & lapides*
Romae, in domo Pomponij Laeti, in Quirinali

THESAVRVS, *deductum a Graeco*, Θησαυρὸς, *perſpicue conſtat: itaque quibuſdam antiquis libris non aſſentior, in quibus uideo ſcriptum eſſe*, THENSAVRVS

THORIVS, *cum Adſpiratione. nummus argenteus Alexandri Toti, in quo eſt*, L. THORIVS. BALBVS. I. S. M. R. *& alius Rinaldi Odonij, itidem inſcriptus. Sic &* THORANIVS, *in hortis Carpenſibus*

TORANIVS, *uero, in antiqua inſcriptione, in Aedibus Colotianis*

THORII, *cum adſpiratione. libri ueteres, & Strabo*

TIBER, *cum* I. *ex antiquo aereo nummo Rinaldi Odonij, in quo ab uno latere, ... ab altero,*
TIBE-

TIBERIS, S.C. *item ex alio Antonini Pij, in quo*
TIBER. *ex antiquis lapidibus*
Romae, ante aedes Caeſias
In hortis Fabianini Montij
Apud domum Bruti de Pallis, e regione D. Luſciae
Ad aedes Ruſticorum
In aedib. Atilij Delphinij
In agro Tiburtino, duodecimo ab urbe lapide

TILLIVS *Cimber, percuſſor Caeſaris, non,* TVLLIVS. *libri ueteres, & Graeca conſuetudo*

TINGVO, *non,* TINGO. *libri ueteres*

TITIVS, *cum* T. *libri, & lapides*
Romae, in hortis Iulijs
In aedibus Creſcentiorum
Ad Columnam Traiani
In aed. Paulli de Horologijs
Trans Tib. ad D. Bartolomaei
In coenobio D. Paulli, uia Oſtienſi
Interamnae, ad Cathedralem Eccleſiam
Fulginci
Beneuenti

TONSRIX, *non,* TONSTRIX; *ſcribendum praecipit Cariſius lib.* I. *Inſtit. Sic & Foſſrix, Curſrix. Contra tamen ſcriptum reperi in antiquo lapide*

Romae

Romae, apud Fuluium Vrſinum

TORVS, *ſine Adſpiratione. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, & lapides. Dictus autem Torus, ut inquit Seruius in Virg. Aen. lib.* I. *&* V. *a tortis herbis: uel, ut ait Varro, de ling. Lat. lib.* IV. *a Toruo. Vtram uero etymologiam ſequamur, ſine adſpiratione certè ſcribendum*

Mediolani, in Templo D. Auguſtini.

TRANSFERO, *& deriuata, cum* NS *ſcribo, ratione habita compoſitionis, & ueterum librorum auctoritate: aſſentiente Donato, in Terentij Phormionis Prologum. Prope Tiburim, ad Pontem Lucanum. In quibuſdam tamen inſcriptionibus contra ſcriptum uidimus*

Romae, in Aedibus Hortenſii Palini

TRIBOCI, *populi, non,* TRIBOTI. *Graeca conſuetudo*

TRIVMPHO, *cum* PH, *non cum* F, *ut quidam putant. Cicero in Oratore, libri, & lapides*

In Quirinali, in domo Pomponij Laeti.

In Aedibus Capranicorum

In Quirinali, in domo quadam

Prope Tiburim, ad Pontem Lucanum

Nummum quoque argenteum ſe uidiſſe apud Laurentium Medicem, ait Politianus in Miſcella-

neis; hac inſcriptione, TRIVMPHVS. *& alium his litteris,* TRIVMPVS

TVCCIVS, *duplici* CC, *familia, ex antiquis lapidibus*
Romae, ad D. Clementis
Capuae
Puteolis, in hortis Proregis

TVRRANIVS, *duplici* RR, *& unica* N. *lapides*
Romae, ad D. Mariae in Via, in ſcala quadam
In aedib. Maſaeiorum
In aedibus Bruti Vallen.
Bellunij

TVS, *ſine Adſpiratione. libri ueteres, & Virgilius*
„ *Carpenſis. Cariſius quoque. lib.* I. *Inſtit. Tus*
„ *inquit a Tundendo, ſine Adſpiratione dicitur*
„ *quamuis Iulius Modeſtus* ἀπὸ τοῦ θύειν, *tractum*
„ *dicat. Vide & Porphyrionem in Horat. Carm. lib.* I. *Od.* 30

TVSCIA, *ſine Adſpiratione. libri, & lapides*
In aedibus Capranicorum
Narniae, ad Portam antiquiſſimam
Interamnae, apud Statium Donatum
Florentiae
Arpini
Praeneſte

TVSCVLANVS, *ſine Adſpiratione. libri, & lapides*

Tridenti

TVTELARIVS, *unica L. libri, & lapides*

Romae, in domo Caeſia

In aedibus Capranicorum

Sic, & Tutela, unica L

In hortis Carpens.

In hortis Euryali Rufini

TYRANNVS, *Graeca Conſuetudo, libri, & lapides*

Romae, in Arcu Conſtantini

Ad Pontem Salarium, tertio ab Vrbe lapide

V

VACINIA, *duplici* CC. *Virgilius Carpenſis, & Vaticanus*

VALETVDO *dixerim libentius quã,* VALITVDO, *Cõtra Analogiam, & ueteres aliquot libros: uideor enim Horatium in Sermonibus dixiſſe, Valetudo producta ſecunda ſyllaba; quae, ſi, Valitudo, dicas breuis erit. Veriſimile igitur eſt, alios, Valitudo alios Valetudo, pronunciaſſe; in quibus Horatium; fortaßе a duplici Supino, Valitum, & Valetũ; ut ab Soleo, Solitũ, & Soletum; unde Obſoletum, Exſoletum. quamuis Priſcianus Obſoletus ab Obs, & Oleo deducat; & Obſcenus, ab Obs & Cano. quod nimis abſurdum uidetur: poteſt enim, ut a duplici praeterito, Soleui, factum eſt duplex Supinum, Solitum, & Soletũ, itidem fuiſſe a Valeo duplex praeteritum; Valui, unde Valitum; &, Valeui, unde, Valetum, ex quo, Valetudo; Nummus quidem argenteus Andreae Lauretani, & alius Rinaldi Odonij, ſic habent,* M ACILIVS. III. VIR. VALETV.

VARVS, *unica* R. *lapides, & nummi argentei tres Andreae Lauretani, & unus Matthaei Forerij, ſic inſcripti,* C. VIBIVS. VARVS. *etſi Victorinus Afer, antiquus Grammaticus, aliter ſentiat*

Ro-

Romae, in Area Apollinari
Ad D. Rufinae, Trans Tiberim
Tibure, ad D. Silueſtri
In agro Veronen.

PATTIVS, *duplici* T T *ſcribo, ex Victorini ſententia*

PELLAEVS, *ſcriptum reperio in antiquo lapide Canuſij*

PELLICASSES, *non,* VELLIOCASSI, *populi. libri ueteres, Plinius, & alij*

PENELI, *populi, non,* VNELLI. *libri ueteres. Ptolomaeus,* Οὐένελοι.

PENEO, *pro, Vendor; ſine diphthongo. ex Pandectis Florentinis, & antiquis lapidibus.*
Romae, ad Agonem

PETTIVS, *duplici* T T. *nummus argenteus apud Rainutium Farneſium, Cardinalem, in quo eſt,* T. VETTIVS. IVDEX. *& lapides Apud Suetonium in D. Iul. Caeſ. c.* 17. *nominatur* L. *Vettius Index: ut fortaßе ex hoc nummo in eo reſtituendum ſit.*
L. *Vettius Iudex*
Romae, in hortis Armellinorum
In uiridario Paulli Bubali, ad Aquam Virginem
In hortis D. Alexij, in Auentino

Ad D. Agnetis
In aedibus Colotianis
In Capitolio, in aedib. Conſeruatorum
In Foro Romano
In monte Coelio, ad D. Stephani, prope Nauicellam
Ad D. Euſtachij
Sentini
Aſiſti, ad D. Paulli
In agro Fulginate, ad D. Marcelli
Firmi; in Piceno
Neapoli
Venuſiae, ad Fontem Othi
Mediolani
Gratiani, opidi Montisferrati

VERRVCOSSVS, *duplici* RR, *&* *duplici* SS. *ut, Imperioſſus. lapides Capitolini*

VERTEX, *cum* E, *non*, VORTEX, *ſcribendum ait Quinctilianus lib. I. quo etiam loco, primum Scipionem Africanum ita ſcripſiſſe, tradidit. Soſipater, Vorticem, a Vorando; Verticem, a Vertendo dicta putat*

VIBIVS, *unica* B *ſcribo, ex Capitolinis lapidibus & alijs. Nummi ueteres Antonij Auguſtini*, C. VIBIVS. PANSA. *Audio tamen inſcriptionem eſſe Arcadiae, in Apulia, in porta*

Eccleſiae D. Petri, in qua duplici B B *ſcriptum ſit*

V**ICENSIMVS**, *numquam ſcribo, ſed Viceſimus Triceſimus, & ſimilia: Aurium ſenſu comprobante, contra ueteres aliquot libros, & lapides*

Romae, ad Agonem

In nummo uero argenteo Io. Sambuci haec litterae leguntur

IMP. CAESAR. TRAIANVS. HADRIANVS. P. M. (TR. P. COS III

RELIQVA. VETERA. H. S. NOVIES. MILL. APO-(LITA. S. C

VICETIA, *non*, VINCENTIA. *libri, & lapides*

Vicetiae

In Agro Vicetino, in Monte Sumano

Leonici, in Agro Vicetino

VILLICVS, *duplici* L L. *libri, & lapides. etſi quidam lapides unica* L

Duplici, Capuae, ad D. Benedicti

Pauſylipi

Vnica, Romae, In Collegio Ieſuitarum

In aedibus Atilij Delphinij

Ibidem

VINDICO, *non*, VENDICO. *libri ueteres, Feſtus, Pandectae Florẽtinae, Analogia, (dicimus enim*

Vindex, non, Vendex) & lapides

Romae, ad D. Helenae, retro Thermas Conſtantinianas

In uindario Paulli Rubali, ad Aquam Virginem

In Foro Romano

Tuderti

VINICIANVS, *Coeliorum cognomen. Male in Fam. lib.* IIX. *Vicinianus. & in Caeſare, Vintianus. argenteus nummus & libri ueteres.*

VIRDVMARVS, *non*, VIRIDOMARVS, *Gallorum dux, a* M. *Claudio ad Claſtidium interfectus. lapides Capitolini. Seruius, Aen.* VI

VIRGILIVS, *malo. quam, Vergilius. Pierius quoque primam ſyllabam cum* I, *ſcribi maluit. cuius rationes uiſum eſt, ut hic adſcriberẽ, quo certius in hoc nomine ſcribendi ratio cognoſceretur. Sic igitur ille, in extremo Commentario in* IV.
„ *Georgicon Librum: Non alienum fuerit, a ſuſcepti operis negotio, ſi, quo modo Virgilij nomen ſit ſcribendum, ipſe quoque, cum tot alijs, qui argumentum huiuſmodi amplexi ſunt, quaeſiero.* I,
„ *ſiquidem, an* E, *potius ſit huius nominis uocalis prima, litteratiſſimis illis, qui ſuperiori Aetate claruere, uiris (Politianum ſignificat) haud parum negotij faceßit. Atque illud in primis nõ ie tim infitias, in Romano Codice paßim,* VERGILIVM,

„ LIVM, & VERGILI, per, E uocalem ſecundam „ ſcribi. ſed enim id ea de cauſſa factum crediderim „ quod mutatio litterae I in E, atque itidem E in I „ ſit toto eo Codice frequentiſſima: ut, Sublimes in „ aethere Niſus; pro, Sublimis: Quique nouas ali- „ tes; pro, Alitis. Aut, Phyllides ignes; pro, Phylli- „ dis. Tum, Regidas motare cacumina quercus; pro „ Rigidas. fuerunt enim ſaecula, quae I litteram „ odio quodammodo proſequi uiſa ſunt. Contra „ quae libentius E, per I litteram proferre mallent „ Hinc MIRCIRIVS ab antiquis dictus, Varrone „ teſte, qui nunc MERCVRIVS. Et ex eadem origi „ natione Commircia illi per I, ſecunda ſyllaba „ quod nos Commercia per E libentius enunciare „ uolumus. Quid, quod, ELIGANTER, ſecunda ſyl- „ laba per I ſcribendum praecipit Caper, quod ab „ Eligo deſcendat? nemo unus tamen dictionem ita „ proferre nunc auderet. Pari modo idem auctor „ EXINTERAVIT, quod ex interioribus uerbum „ emanarit & ſcribendum, & pronunciandum, mo „ net. cum nos tamen τὰ ἔντερα, dictionem Grae- „ cani, agnoſcamus, unde uerbum id conformaueri- „ mus. Et, ne taedium afferat ſingulorum nomẽ cla „ tura, ſexcenta huiuſmodi praeteribimus. Vt mi- „ nus me moueat, quod in Pandectis quoque illis „ quae nunc Florentiae publice aſſeruantur, libro „ ipſo Iuſtiniani Principis, ut creditur, archetypo „ non aliter, quam per E, nomen id notetur. Sint „ Commentaria Tiberij Donati, grandioribus nota „ ta characteribus; ſint codices alij, atque alij, hu-

„ ius

„ ius uel illus Auctoris, in quibus VERGILIVS,
„ per E ſcriptum inueniatur; Aetatis quippe id
„ conſuetudine, non ratione, factum contenderim;
„ tot alijs nominibus, quod ad has litteras perti-
„ net, pro temporum uarietate, uariantibus. quod
„ ſi aliqua reperiantur monumenta, in quibus VER
„ GILII nomen per E notatum ſit; certe longe
„ plura ſunt, in quibus VIRGILIVS per I legatur.
„ Et, ne de Marone dictum dubitemus, uiſebatur
„ in Foro Traiani proximis his annis monumen-
„ tum id quod HONN. IMP. in Claudiani, poetae
„ luculentiſſimi, memoriam erexerant, in quo, prae
„ ter Latinam inſcriptionem, quae facti conſilium,
„ & Claudiani meritum, indicaret, Graece inſuper
„ Κατ' ἐπιτομὴν inciſum diſtichon legebatur hu-
„ iuſmodi.

ΕΙΝ. ΕΝΙ. ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ. ΝΟΟΝ. ΚΑΙ (ΜΟΥCΑΝ. ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ. ΡωΜΗ. ΚΑΙ. ΒΑΣΙΛΗΣ (ΕΘΕCΑΝ

„ Ex quo manifeſtum eſt, VIRGILII Maronis no-
„ men in monumentis publicis per I notatum fuiſ-
„ ſe. An uero memorē Graecos Codices, in quibus
„ Virgilij nomen habeatur? ſane apud Stephanum
„ in dictione Μάντυα, nomen hoc per ἰωτὰ legitur
„ non per Ε ψιλὸν ἐξ αὐτῆς ἦν Βιργίλιος ὁ ποιητής.
„ Sed haec requirere non eſt conſiliū. nā obijcient
„ in Suidae collectaneis Vergilij Maronis nomen
„ per E legi, in dictione, Ἀῤῥιανὸς qui Virgilij Geor
„ gicon Metaphraſim fecit. Sed id magis abſurdum

Z iii. „ quod

quod in eodem loco, VERGILLIVS, LL. *geminato legitur,* Βεργίλλιος; *uti etiam in antiquis aliquot monumentis non negarim inueniri. quamquam id ea ratione factum eſt, (de uocali tantum loquor) quod* VIRGILIVM *a uirga plerique dictum agnoſcebant, id ſcilicet a Matris ſomnio deſumptum. Virgam uero recentiora illa tempora per* E, *ut nunc quoque uulgo dicitur,* VERGAM, *primo dicere, inde* VERGILIVM, *eadem ſtribiligene, ſcribere coeperunt. Sed enim, ſi ab Etymo nominis huius rationem petamus, Virgilio nomen a Virginali facie, uel modeſtia, inditum, Interpretes affirmant; eumq.* PARTHENIATA *uocatum, tam ueterum ſcripta, quam inſcriptiones librorum eius oſtendunt. in quibus tot Codicibus uetuſtis notatum inſpicitur*

P. PATHERNIATIS. VIRGILII. MARONIS.

Accedit huc Epigramma Graecũ, quo Dido queri uidetur, alienum quid Virgilium a ſui nominis ſignificatione feciſſe, cum pudiciſſimae feminae tam foedas impudicitiae notas inuſſit. ad id enim adludit finis ille

Πιέριδες δέ μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσαθε Μάρωνα
Τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης

Quare, ſiue Etymon a Virga, ſiue a Virginali ſpecie; unde illi tam celebre nomen; VIRGILIVS *per* I, *ſcribi debere uidetur. Quod uero apud Romanos in antiquorum monumentis nomen id per* E *non numquam notatum inueniatur, ut apud*

Ange-

Angelum Colotium, in eius hortis

C. VERGILIVS. MARTANVS. COLONVS

Hos, aequo aliquo dato iudice, percunctari uelim ſi tantum illis monumentis tribuunt, ut, quidquid in illis inſpexerint, pro lege habeant; cur non & reliqua eodem modo ſcribenda cenſent quo ſingula eodem marmore ſcripta ſunt; quippe VERGILIVS LL. *geminato;* BONE, *&* CARE, *abſque diphthongo, in Acquiſitiuo caſu. cur, quia in alio marmore peruetuſto, Romae,* Q. BERGILIVS, *legitur, non itidem praecipiunt,* BERGILIVS *per* B *mutam, non per* V *digammon ſcribendum eſſe. Nam, quod alibi legatur*

M. VERGILIVS NARCISSVS. VIXIT. ANN. XIIII

non magis me mouerit, quam; VERGINIA, *&* VERGINIVS, *praeter Analogiae rationem, per* E, *quodam in monumento ſcriptum. Pari ſententia, hodie, haudquaquam ego* DEANA *ſcripſerim quod ad D. Euſtachij legerim,* DEANAE. D. D. *neque,* MENERVA, LEBER, *&,* MAGESTER, *quae per* E *protuliſſe Veteres, Fabius atteſtatur. Neque,* IOVE, *datiuo caſu; tametſi Aquilae, intra Aedem Sancti Secundi, notatum ſit*

IOVE, OPTVMO. MAXVMO. TI. PETTIVS. T. F

Neque itidem, DIE, *&* VICTORE; *pro,* DII, *&* VICTORI. *quae idem apud Veteres Quinctilianus agnoſcit. Verum ego plurima, quae ſuper hoc dici poſſent, de induſtria praetermitto; qui certo ſciam, clariſſimos litteratura uiros, quorum lucubrationes propediem in lucem ſpero prodituras;*

" ſatis ſuperq. ijs, qui E litteram in eo nomine ada-
" marunt, reſpondiſſe. Haec Pierius. Contra tamen
Coelius Rhodigius Antiq. lect. lib. VII. cap. 4.
& Politianus Epiſtolarum lib. V. & Miſcellaneo-
rum cap. LXXVII. Pierij tamen ſententiam ma-
gis probo. etſi Sutrij, in maximo templo, Vergi-
lius, per E, legatur

VNGVENTARIVS, non, VNGENTARIVS libri uete-
res, & lapides. quamquam in alijs contra
Romae, apud Atilium Delphinium
Venuſii, Apuliae opidi, in Templo Annun-
ciatae

VOLCANVS. libri ueteres, Virgilius Carpenſis, &
Vaticanus. Vnde & in lapidibus Capitolinis
VOLCANALIA; aſſentiente Kalendario uetere
Romano, & alijs lapidibus
Romae, ad D. Mariae in uia Lata
In domo Caeſia
Repert. in foro Romano, ad Aedem Saturni, ante
Templum D. Hadriani, nunc prope Aedes Far-
neſianas

VOLTVRCIVS. lapides
Romae, ad Agonem, prope D. Agnetis, in gra-
dib. cuiuſdam ſcalae

VOLTVRNVS. ex antiquis libris, & eodem Kalen-
dari

VOLV-

VOLYSENVS, *non*, VOLVSIENVS. *ex antiquo lapide, meo. Eodem modo ſcriberem, Saluidenus. Nā & Poſtulenus dicitur. Poſſidenus, Sentini*

VVLSINIENSES, *non*, VOLSINIENSES. *lapides Capitolini: etſi aliter alij lapides*
Vulſinijs

VVLSO, *non*, VOLSO, *Manliorum Cognomen. lapides Capitolini*

XANTHIPPE, *cum adſpiratione. lapides*
Romae, in aed. Paulli. de Horologijs
In hortis Fabianini. Montij
Parmae in Eccleſia quadam

ZMYRNAEI, *Populi. libri ueteres, & lapides: quamquam in alijs legatur, Sdmyrnaei*
Romae, in Aede D. Crucis, ad Forum Iudaeorum
Malphiae

Interpungendi Ratio

ALDVS. MANVTIVS PAVLLI. F

FRANCISCO. MORANDO S. P. D.

INTERPVNGENDI rationem ad Orthographiam pertinere, iudicas FRANCISCE. MORANDE ideo hanc etiam partem, hortatu impulſi tuo, elaborabimus: de qua cum eruditos homines diſſentire conſtet hoc ipſum argumento eſt, huiuſce artis, ac ſtudii ſcientiam non eſſe contemnendam. equidem uſu didici, obſcuras ſaepe ſententias, ſi recte diſtinguantur, illuſtrari, contra, diſtinctionis uitio, loca multa ita perturbari, atque peruerti, uix ut aliquando intelligi, aut ne intelligi quidem umquam poſſint. Quocirca hoc de genere aliquid praecipe

ALDVS. MANVTIVS PAVLLI. F

FRANCISCO. MORANDO S. P. D.

INTERPVNGENDI rationem ad Orthographiam pertinere, iudicas FRANCISCE. MORANDE ideo hanc etiam partem, hortatu impulſi tuo, elaborabimus: de qua cum eruditos homines diſſentire conſtet hoc ipſum argumento eſt, huiuſce artis, ac ſtudii ſcientiam non eſſe contemnendam. equidem uſu didici, obſcuras ſaepe ſententias, ſi recte diſtinguantur, illuſtrari, contra, diſtinctionis uitio, loca multa ita perturbari, atque peruerti, uix ut aliquando intelligi, aut ne intelligi quidem umquam poſſint. Quocirca hoc de genere aliquid praecipe

re operaepretium uidetur. nec tamen recuſo, quin, meliora ſi quis attulerit, opinio noſtra corrigatur. Et ut ab infimis ad ſumma, quaſi per gradus adſcendamus

PRI-

Primvm *illud ſciendum eſt, minimam eſſe diſtinctionem auerſum ſemicirculum, qui hoc modo deſignatur, quam alij Virgulam, alij Comma, non nulli Semipunctum appellant: ea uero non integram ſententiam, nec ſententiae partes terminat, ſed nomina, uel uerba diſtinguit, quae modo aliquid differant, ut, cum dicimus,* Vir probus, & eruditus: *aut*, Grauitate, ſtudio, contentione *& in ſimilibus. ſeruit ẽt uerbis, non eadem ſignificantibus, hoc modo:* Hortari, orare, monere. *ſed quaedam uirtutes, uſu nimio, delabuntur in uitium. Sic animaduerti, ſi omnibus uerbis, uaria ſignificantibus, haec apponatur nota, non modo non explicari ſententiam, ſed etiam impediri, ut, ſi uelis, quot uerba ſint, totidem diſtinguendi notas apponere, quia non eadem uerborum omnium ſignificatio uideatur. quod interdum accidit*

Eadem *nota, ſi cum unico puncto coniungatur, ut ſit haec; aliter uſurpatur. modo enim diſtinguit contraria nomina, hoc modo:* Publica, priuata; ſacra, profana, tua, aliena. *quo in exẽplo, ſatis conſtat, neque unicum ſufficere ſemicirculum, & ea nota, quae gemino puncto deſcribitur ſic: nimium ſententiam retardari. interdum etiam locum habet in ijs locis, ubi non contraria nomina ſunt, ſed ſententia ita uariatur uerbis, ut, ſi ſemicirculum apponas, parum ſit; ſi gemina puncta nimium. uti exemplo cogitabam: ſed effluxiſſe*

exemplum ſatis apertum ſenſi, in proxima ſuperiore ſententia. cuius generis occurrunt plurima in antiquorum libris. quamquam cur parcam operae? cum praeſertim inter omnes notas hanc, de qua nunc agimus, eſſe omnium difficillimam intelligam. exempla igitur haec erunt: Ratio docet, ſi aduerſa fortuna ſit, nimium dolendum non eſſe; ſi ſecunda, moderate laetandum. *nam, ſi poſt illud,* Non eſſe, *addas ſemicirculum, quaſi praecipiti curſu ſententia feretur: quae tamen, cum bipartita ſit, poſt priorem partem omnino debet parũ per conſiſtere. ſi uero bina puncta in eo loco malis adiungere, tantam ſeparationem ſententia non feret: cuius poſterior pars a priore pendet: quãdoquidem uerbum,* Docet, *utramque ſententiae partem aeque regit. Simile hoc eſt:* Tu, quid diuitiae ualeant, libenter ſpectas; quid uirtus nõ item. *Vtamur etiam longiore ambitu, ut oſtendamus, quid inter bina puncta, & punctum ſemicirculo impoſitum interſit. ad Torquatum ita ſcripſit Cicero:* Etſi ea perturbatio eſt omnium rerum, ut ſuae quẽque fortunae maxime paeniteat; nemoq. ſit quin ubiuis, quam ibi, ubi eſt, eſſe malit: tamen mihi dubium non eſt, quin hoc tempore, bono uiro, Romae eſſe, miſerrimum ſit

Seqvitvr *geminatio puncti: cuius ea uis eſt, ut quaſi medium locum obtineat inter punctum ſe-*

micirculo iunctum, & unicum punctum. nam bina puncta ſi cum puncto, & ſemicirculo comparentur, plus ad ſententiam diſiungendam ualent ſi cum unico puncto, minus. omnino autem uſurpantur, cum ſententia uel duas, uel plures, habet partes, quae ſuis ſingulae uerbis reguntur, per ſe conſiſtunt, abſolutaeq. ſunt: ut, quemadmodũ ex integris membris fit integrum corpus, itẽ ex integris partibus ſententia conſiſtat uniuerſa. Exẽplum hoc erit, ex eadem Ciceronis epiſtola: Et ſi quocunque in loco quiſque eſt, idem eſt ei ſenſus, & eadem acerbitas ex interitu rerũ & publicarum & ſuarum: tamen oculi augent dolorẽ, qui ea, quae ceteri audiunt, intueri cogũtur, nec auertere a miſeriis cogitationem ſinunt. *Interdum autem ita longe progreditur ſententia, ut non uno tantum loco ſed iterum, & ſaepius gemino puncto diſtinguenda uideatur; praeſertim cum integras habet partes, in quibus non modo ſemicirculus, ſed nec punctum cum ſemicirculo ſufficiat*

RESTAT *unicum punctum, quo ſententia concluditur, ac terminatur. nec difficilem cognitionem habet. quis enim nõ uidet, quo uerbo ſententia finiatur? quamquam, ubi conciſa ſententia eſt, & conciſa item altera ſubſequitur, gemino puncto ego quidem utor libentius, quam unico. ut in hoc exemplo:* Hoſpitium mihi para: cras enim adero: *& in hoc:* De meis rebus nihil tibi

mando:tu,quid agendum ſit, iudicabis. *Illud etiam a propoſita narratione non alienum uidetur ; poſt unicum punctum ſi ſequatur ſententia, ſuperiori non diſsimilis, primum uerbum littera minuſcula incipere; ſi uero diſsimilis maiuſcula. quod ſi non ſolum diſsimilis ſententia; ſed omnino diſsimile ſequatur argumentum: tunc ea, quae ſequuntur, non ſolum unico puncto, et littera maiuſcula, ſed etiam aliquo interuallo, ſeiungenda ſunt : ut appareat diuerſae materiae principium eſſe*

INTERROGANDI *nota quem ſibi locum poſtulet, uerbum ipſum ſignificat. in dolore autem, & in admiratione, ſi quis unico puncto, non interrogandi nota, utetur meo iudicio recte faciet, ut in hoc exemplo:* Quanta calamitas impendet reip. *et ĩ hoc:* Quantas vtilitates humano generi philoſophia peperit. *Interdũ, licet manifeſta interrogatio ſit, Interrogandi tamen nota nõ utimur, ut, cum ſententia uſque eo producitur, ut illa interrogandi uis, quae primis uerbis agnoſcebatur, longiore paullatim ſpatio deminuta, euaneſcat. probetur exemplo:* An tu putas eſſe bonos uiros, qui amicitias vtilitate ſua colunt, nihil ad humanitatem nihil ad honeſtum, referunt; nec libenter ea curant, quae ego niſi curarem praeter cetera, prorſus me tua beneuolentia, in qua magnam felicitatis meae partem ſoleo ponere, in-

dignum pntarem

De parentheſi *pauca dicam. unum hoc tacere non poſſum, inepte facere, qui haec parentheſi includunt*, Vt puto, Vt res indicat, Vt a maioribus accepimus, Quod equidem facile intellexerim, *& ſimilia; quae ſi ſemicirculo diſtinguantur, aut ſaltem puncto, & ſemicirculo, ſatis erit. Parentheſi includi oportet ea, quae nec ſententiae partes ſunt, nec ab ullo aut antecedente, aut ſubſequente uerbo reguntur: nec, ſi abſint, detrimenti quidquam patitur ſententia*

De accentibus *non ſunt iteranda, quae iam diximus in littera A*

Ne illud *quidem negligemus, ut, quantum in nobis eſt, ſtudioſis Orthographiae conſulatur. animaduerti multos errare in diuidendis uerbis: quod in anguſtis librorum impreſſorum paginis fieri neceſſe eſt. Sed haec in ſimplicibus uerbis aperta cognitio eſt: niſi ſi quis ita hebeti ingenio eſt, ut ſyllabas ipſas non internoſcat. in compoſitis autem plus requiritur induſtriae. quo de genere nihil poſſum praecipere, ſi, unde compoſita uerba nihil ſint, ignoretur. quod cōpoſitionis origo pateat, ſimul diuiſio ſyllabarum patebit. addam tamen exemplum. Exſules ſi diuidendum ſit numquam ita diuidam, E xſu les. cum enim*

Exſul, quaſi Extra ſolum, dicatur; quis non intelligit, primam ſyllabam, Ex, non E, faciendam eſſe Sic Spectο duabus ſyllabis ita diuido Spe cto, non Spec to. id cognoſcitur in uerbo primitiuo, Specio a cuius ſupino deriuatum eſt Specto. Item, Diſtringo multi praue diuidunt, Dis tringo: cum ſit diuidendum hoc modo, Di ſtringo. ſiquidem a Di & ſtringo manifeſte componitur. Huiuſmodi ſunt innumerabilia: quorum ſyllabas non inſcienter ſeparabit, qui ad compoſitionis originem animum referet

SVMPTA
EX PAVLLI. PATRIS
COMMENTARIO
IN. EPISTOLAS. CICERONIS
FAMILIARES
EPISTOLARVM. LIB. I

VETERES Numerorum notas variarunt, primum quincto loco deinde decimo, mox quinquageſimo, tum centeſimo, eodem in reliquis ordine conſeruato, mutato numeri ſigno, quoties numerus a quinario ad duplum, & a duplo rurſus ad quinarium perueniſſet

Prima nota fuit I, vnus, vſque ad quattuor iterata

Secunda nota, V, quinque, in quinario primum numero variata

Tertia, X, decem, in duplo quinario, ut iam dixi, mutationem recipiens

Quarta, L, quinquaginta, aucto poſt tertiam notam, ideſt poſt X, in quincuplum numero

Quincta, C, centũ, duplicato quinquagenario

Sexta, Iↄ, quingenta, & hic quincupli ratione ſeruata

Septima, CIↄ, mille, habita dupli ratione

Octaua mutatio fuit, cum ad quinque millia peruenifſent. nam, ne toties iterarent, CIↄ his notis vſi ſunt, Iↄↄ, quinque millia

Nona mutatio, a quincuplo in duplum, recepit has notas, CCIↄↄ, decem millia

Decima, a duplo in quincuplum, Iↄↄↄ, quinquaginta millia

Vndecima, & vltima, a quincuplo in duplum CCCIↄↄↄ, centum millia

Nec

Nec vltra notatum mutatio progreſſa eſt. Ita ſunt omnino vndecim variae, deinceps a nobis demonſtratae, tamen iterandae

I,	vnus
v,	quinque
x,	decem
L,	quinquaginta
c,	centum
IↃ,	quingenta
CIↃ,	mille
IↃↃ,	quinque millia
CCIↃↃ,	decem millia
IↃↃↃ,	quinquaginta millia
CCCIↃↃↃ,	centum millia

Quam cognitionem legentibus non iniucundam fore, ſum arbitratus

Hoc etiam adiungam, a primo nota, I, ceteras omnes fluxiſſe. nam, v, duae primae notae ſunt, infima parte coniunctae

Item, x, eſt quinarij numeri nota duplicata cum duae, v, in acuto angulo coniugantur. At L, quid eſt, nisi prima illa nota, I, recta & altera proſtrata, ſimul iunctae? quo ſi addideris in ſumma parte aliam primam notam, item proſtratam, fiet centum. non enim priſcis temporibus, pro Centum, ſcribebant, c, quod ad aetatem noſtram permanſit: ſed, [, quae erant tres primae notae conſociatae, una recta, duae proſtratae cum recta coniunctae, vna in ſuperiore

parte

parte, altera in inferiore. Quingenta uero fecerunt, addita ad tres notas, quas proxime nominaui, quarta recta, cum duabus proſtratis coniuncta, hoc modo [] qua figura duplicata, fecerunt Mille, hoc modo []]. unde poſtea, librariorum arbitrio uariae notae, quae, Mille, ſignificarent, factae ſunt: quarum nonnullas oſtendemus nam ex [[] fieri coeptum eſt, ∞, & ω, & CIↃ, & CIↃ, unde M deriuatum, quo pro Mille hodie quoque utimur: cum olim nota fuerit, non littera

VETVS

KALENDARIVM. ROMANVM

E. MARMORE. DESCRIPTVM

In Aedibus Maſaeiorum

Ad Agrippinam

In tabula marmorea, ſuperne fracta

In

A. K.IAN. P	H. K. FEB. N
B F	A N
C C	B N
D C	C N
E NON. F	D NON
F F	E N
G C	F N
H C	G N
A AGON	H N
B EN	A N
C CAR. Nᵖ	B N
D C	C N
E EID.	D EID. Nᵖ
F EN DIES.VITIOS.	E N
G CAR EX. S. C.	F LVPER. Nᵖ
H C	G EN
A C	H QVIR. Nᵖ
B C	A C
C C	B C
D C	C C
E C	D FERAL. F
F C	E C
G C	F TER. Nᵖ
H C	G REGIF. N
A C	H C
B C	A EN
C C	B EQ. Nᵖ
D C	C C
E F	XXIIX
F N	
G C	
XXXI	

D. K. MAR. NP
E F
F C
G C
H C
A NP HOC·DIE CAESAR
PONTIF. MAXIM. FAC. EST
B NON. F
C F
D C
E C
F C
G C
H EN
A EQ. NP
B EID. NP
C F
D LIB. NP
E C
F QVIN. N
G C
H C
A N
B TVBIL. NP
C Q. REX. C. F
D C
E C
F NP HOC·DIE CAESAR
ALEXAND. RECEPIT
G C
H C
A C
B C
XXXI

C. K. APR. N
D C
E C
F C LVDI
MATRI. MAG
G NON. LVD
H NP LVDI
A N LVDI
B N LVDI
C N LVDI
D N LVD. IN. CIRC
E N
F N LVDI CERERI
G EID. NP LVDI
H N LVDI
A F ORD. NP LVD
B N LVDI
C N LVDI
D N LVDI
E CER. N. LVD
IN. CIRC
F N
G PAR. NC
H N
A VIN
B C
C ROB. NP
D F
E C
F NP LVD. FLOR
G C LVDI
H C LVDI
XXX

A. K. MAI. N
B F COMP
C C
D C
E C
F C
G NON N
H F
A LEM. N
B C
C LEM. N
D N° LVD. MART. IN.CIRC
E LEM. N
F C
G EID. N°
H F
A C
B C
C C
D C
E AGON. N°
F N
G TVB N°
H Q.REX.C.F
A C
B C
C C
D C
E C
F C
G C
XXXI

H. K. IVN. N
A F MART.CAR.MONET
B C
C C
D NON
E N
F N
G MENTI. IN. CAPIT
H VEST. N°. PR.
A N
B MAR. N
C N
D EID. N
E N
F Q.ST.D F
G C
H C
A C
B C
C C
D C
E C
F C
G C
H C
A C
B C
C C
D F
E C
XXX

F. K. IVL. N
G N
H N
A Nc
B POPLIF. NP
C N LVDI APOLLIN
D NON. N LVDI
E N LVDI
F N LVDI
G C LVDI
H C LVDI
A NP LVDI
B C LVD. IN. CIR.
C C MERK.
D EID. NP MERK
E F MERK
F C MERK.
G C MERK
H LVCAR. NP MERK.
A C LVD. VICT. CAESAR.
B LVCAR. LVD
C C LVDI
D NEPT. LVDI
E N LVDI
F FVRR. NP LVDI
G C LVDI
H C IN CIRC.
A C IN CIRC.
B C IN CIRC.
C C IN CIRC.
D C
XXXI

E K. AVG. N
F C FER. HOC. DIE C. CAESAR. HISP. VICIT
G C
H C
A NON. F
B F
C C
D C
E NP HOC. DIE CAESAR HISPALIN. VIC.
F C
G C
H C
A EID. NP
B F
C C
D C
E PORT. NP
F C
G VIN. F. P.
H C
A CONS. NP
B EN
C VOLC. NP
D C
E OPIC. NP
F C
G VOLT. NP
H NP H. D. ARA VICTORIAE IN. CVRIA DIDIC. EST
A F
B F
C C
XXX

D. K. SEPT. N
HOC. DIE FER. NEP.
E N
F NP
G C LVDI. ROMANI
H NON. F. LVD
A F LVDI
B C LVDI
C C LVDI
D C LVDI
E C LVDI
F C LVDI
G N LVDI
H EID. NP
A F. F. EQVOR. PROB.
B LVD. ROM.
IN. CIRC.
C C IN CIRC.
D C IN CIRC.
E C IN CIRC.
F C IN CIRC.
G C MERK.
H C MERK.
A C MERK.
B NP MER. H. D.
C C AVGVSTI. NATALIS
LVD. CIRC.
D C
E C
F C
G C
H F
A C
XXX

B. K OCT. N
C F
D C
E C
F C
G C
H NON. F
A F
C
C C
D MEDI F.
E AVGVST. NP
F FONT. NP
G EN
H EID. NP
A F
B C
C C
D ARM. NP
E C
F C
G C
H C
A C
B C
C C
D C LVD. VICT.
E C LVDI
F C LVDI
G C LVDI
H C LVDI
XXXI

A. K. NOVEM. N
C
D
E NON. F
F F LVDI
G C LVDI
H C LVDI
A C LVDI
B C LVDI
C C LVDI
D C LVDI
E EID. NP EPVL. INDICT.
F F EQVOR. PROB.
G C LVD. PLEB. IN CIRC.
H C IN CIRC.
A C IN CIRC.
B C MERK.
C C MERK.
D C MERK.
E C
F C
G C
H C
A C
B C
C C
D C
E F
F C
XXX

G. K DEC. N
H
A
B
C NON. F
D
E C
F C
G C
H C
A AGON. NP
B EN
C EID. NP
D F
E CONS. NP
F C
G SAT. FERIAE SATVRN.
H C
A OPAL. NP
B C
C DIV. NP
D C
E LAR. NP
F C
G C
H C
A C
B C
C F
D F
E C
XXXI

PAVLLI . MANVTII PATRIS
DE . VETERVM . DIERVM RATIONE.

SI . DVO *dierum in genera diſtribui Annum oportcat, multiſariam recte diuidetur, ut ſic; Annus conſtat ex Diebus uel Faſtis, uel Nefaſtis, aut ſic: ex Diebus uel Feſtis, uel Profeſtis: aut ſic ex Diebus uel Senatorijs, uel non Senatorijs: aut ſic; ex Diebus uel Comitialibus, uel non Comitialibus. harum enim quattuor diuiſionum, ſi ſeparatim ſingulae conſiderentur, totū Annum quaelibet cōplectitur. Nos autem, cum de Diebus ea, quae ſcitu digna cenſuimus, quaeq. ad Romanae hiſtoriae notitiā ualde pertinent, breuiter oſtēdere inſtituerimus; ex his diuiſionibus utemur ea, in qua quae maior pars eſt, (duas enim partes habent ſingulae) ea, cum ea parte, quae in alijs diuiſionibus item maior eſt, cōparata, uberior aliquāto eſſe cognoſcitur. incipiemus igitur a nominatis in prima diuiſione, Faſtis, & Nefaſtis: quandoquidē Faſti, quae duarū primae diuiſionis partiū plenior eſt, plures in Anno ſunt, quam quaecūq. pars in tribus reliquis diuiſionibus latius patet hoc eſt, quā uel Profeſti, uel nō Senatorij, uel nō Comitiales. quod ſi quis opponat, in Kalēdario plures notatos eſſe dies littera* C, *quā littera* F, *unde plures ſignificantur Dies Comitiales, quam Fa*

ſti;itaque non recte me a Faſtis,ut a plenore parte,exordiri : ſciat , non a me Faſtos modo uocari quos notatos littera F uidemus , ſed omnes plane quibus fari tria uerba,Do,Dico,Addico,Praetori licebat:quorum e numero Comitiales erant,& ij, quos in Kalendario hae litterae demonſtrant EN. NP. Q. REX. C. Q. ST. D F. P. *quibus omnibus cum fari liceret ; etiam ſi non id ſemper fieret ; qua de cauſſa notati ſunt alijs litteris potius , quam* F *; ut indicetur , praeter Fari aliquid etiam fieri licuiſſe : non abſurde mihi facere uideor , ſi ad Faſtos , littera* F *notatos , qui quidem uere Faſti dici poſſunt , quod ijs aliud prorſus nihil fiebat , quo Praetor a iure dicendo impediretur , eos quoque dies aggrego , quibus, Fari , ſemper quidem licebat,non tamen, quod liceret, fieri ſemper ſolebat . ut omnino tria eſſent genera , quibus de ſingulis agetur ſuo loco ; primum Faſti ij,quibus fari ſemper & liceret, & ſoleret; qui notantur littera* F *, ſuntq. omnes* XXXIIX. *hi & proprie erant Faſti , & toti : proprie quod per eos niſi cum aliquis caſus extra ordinem interueniret , numquam Praetorius non dicebat;toti,quod,Fari,horis omnibus liceret. Alterum genus fuit ; Faſti ij,qui & ipſi proprie Faſti erant , ſed non toti ; quod ijs quidem omnibus Fari,non tamen horis omnibus,liceret. erant autem hi ,* E N. NP. F. P. EN. Q REX. C. Q. S. T D. *quas litteras infra explanabimus . atque hi erant omnes* LXV *. Tertium genus Comitiales*

fuere

fuere, caſu Faſti, non proprie; quia, cum Comitia non haberentur, tunc fari ſolum Praetor ſolebat hi modo toti erant Faſti cum nulla ſcilicet Comitia haberentur; modo ex parte, cum haberentur illa quidem, ſed minime per totum diem. hi CLXXXIV. *erant. Nos igitur Faſtos omnes uocamus; quibuſcumque Fari liceret, ſiue Faſti proprie, ſiue non proprie, eſſent. itaque, ab his profecti, paullatim progrediemur diuidendo, ut, qui nobis propoſitus eſt huius narrationis finis, eo perueniamus. Omnes Dies aut Faſti ſunt, aut Nefaſti: & Faſti, partim Feſti, partim Profeſti: Feſtos pleroſque partim Faſtos, partim Nefaſtos fuiſſe; ut Quirinalia, Lupercalia, Terminalia; ex Kalendario cognoſcitur. quibus enim Feſtis diebus, adſcriptum eſt* N, *ij ſunt Nefaſti ſimul, & Faſti; Nefaſti, priore parte; Faſti, poſteriore Dies Feralia adſcriptam habet F. qui feſtus proprie non fuit, ſed geſtandae ad mortuos cenae dicatus dies. quod quia non hora ſtata fiebat; ſed ut cuique commodum erat; ideo totus dies potuit eſſe Faſtus propterea, ut opinor, littera* F *notaba tur. Feſtis porro diebus, non dubito, quin omnibus haberi Senatum licuerit. cuius rei exempla ſunt in Antiquorum libris admodum multa. quã quam ſollemne hoc non erat ut ſemper Diebus Feſtis Senatus haberetur; ſed legitimum ut habe ri poſſet. ſollemne autẽ illud, ac ſtatum, ex more maiorum, ut Kalendis, Nonis, Idibus, haberetur. itaque in Kalendario neque Kalendis, neque*

Nonis

Nonis, neque Idibus littera C, quae Comitiales dies ſignificabat, per quos haberi Senatus non poterat, neque diebus omnino ullis Feſtis adhaeret Profeſti dies aut Faſti erant, aut Nefaſti. & omnibus Profeſtis Nefaſtis haberi Senatū licebat Profaſtis autem Faſtis non plane omnibus, ſed ijs tantum, qui Comitiales non eſſent. quibus autem Profeſtis haberi Senatus poterat, ijs omnino Agi cū Populo non poterat. contra, quibus Profeſtis haberi Senatum non licebat, ijs Agi quidem cum Populo licebat, nec tamen ſemper agebatur: cum ea res ex eorum uoluntate penderet, penes quos Populi cogendi poteſtas eſſet. non enim, quod licet, id etiam neceſſe eſt. Quod autem dixi, Comitialibus haberi Senatum non licuiſſe; declarant illa uerba, in epiſtola Ciceronis ad fratrem, quae
" *tertia eſt, lib.* II. *Conſecuti ſunt dies Comitiales,*
" *per quos Senatus haberi non poterat. & illa in*
" *S. C. quod Coelius ad Ciceronem miſit, Ep. fam.*
" *lib.* IIX. *Vtiq. eius rei cauſſa per dies Comitiales*
" *Senatum haberent, S. Q. C. facerent. Quibus uerbis, quod extra ordinem a Senatu eo S. C. decretum eſt, id omnino fieri ſolitum non eſſe, dilucide conſtat. ita Senatus Faſtis quibuſdam haberi poterat, quibuſdam nō poterat: ſiquidem Comitiales inter Faſtos iam retulimus. Nefaſtis autem haberi omnibus potuiſſe, iam diximus. Sane qui me torqueat, nodus eſt, mihi quidem perdifficilis, in epiſtola ad Atticum lib.* I. *in qua, cum di-*
" *xiſſet iam, Nam, cum dies ueniſſet rogationi ex*

S.C.

„ *S. C. ferendae; paucis poſt uerſibus ſubiunxit*
„ *Senatus uocatur. quod certe mos maiorum minus ferre uidebatur. nam, ſi Rogationi ferendae dies eſt, certe Comitialis eſt: quod ſi Comitialis; haberi Senatum non licet: cuius rei teſtimonio ſunt ea, quae paullo ante recitauimus, & ex epiſtola ad fratrem uerba Ciceronis, & e S. C. niſi ſi factum id extra ordinem dicamus; ut Piſonis Conſulis iniquiſsimis conatibus obuiam iretur: qui cum eſſet lator rogationis, & eius Rogationis, quam ex S. C. & de religione ferebat; idem tamen erat diſſuaſor. Comitialium magnus erat numerus: eosque fuiſſe dies Faſtos, quod ſupra dixi, ita exiſtimo, ut mihi uidear affirmare poſſe. non enim inani quadam coniectura, ſed certa in primis, ut puto, ratione commoneor. nam in Orationibus Ciceronis, in Piſonem, de Prouincijs conſularibus, pro Sextio, mentionem uideo fieri ea de lege, qua P. Clodius Tribunus pl. ſanxit, ut omnibus diebus Faſtis Agi cum Populo liceret. quo fit apertum, Faſtis quibuſdam non id licuiſſe, quod, ut omnibus liceret, lege Clodia ſancitum eſt. quam tamen legem non fuiſſe obſeruatam, demonſtratum eſt a nobis in libro de Legibus Romanis. Nec uero mirari ſatis poſſum; cum, Faſtos aliquot fuiſſe Comitiales, pateat; qui uenerit in mentem Macrobio Faſtis, dicere, Lege agi licuiſſe, cum Populo non licuiſſe; Comitialibus autem utrumque li-*

cuiſſe

cuiſſe. quorum alterũ uere dictum conſtat, Comitialibus, inquam, & Lege agi, & cum Populo licuiſſe: quia ſcilicet Comitiales erant de numero Faſtorum: itaque & illud, omnium Faſtorum cõmune habebãt, ut Lege agi poſſet; & hoc praeterea proprium, ut etiam cum Populo poßet: Alterum autem de Faſtis diebus, quibus ait lege agi licuiſſe, cum populo non licuiſſe, in prima parte uerum eſſe uideo; in ſecunda qui poßit nõ eſſe falſum, haud facile reperio. qui enim Faſtis agi cum populo non licet, cum Comitiales omnes faſti ſint & , Comitialibus agi licuiße cum populo, iam oſtenderim? dixiſſet hoc modo: Faſtis omnibus lege agi licet, cum populo non omnibus licet: nihil erat, quod reprehenderes: ſiquidem, quod docuimus, quibuſdam Faſtis agi cum populo poterat, quibuſdam non poterat: quibus poterat, eos ſi quis Faſtos, aut Faſtos Comitiales diceret, non erraret; cum dies fuerit nullus Comitialis, quin idem & Faſtus: ſed Comitiales potius, quam Faſti, ut a reliquis Faſtis proprio nomine diſtinguerentur; & Comitiales item potius, quam Faſti Comitiales, breuitatis cauſa, uocabantur. Verum quia libenter, quantum in me eſt, Antiquitatem ſoleo tueri; Macrobium, a quo multa didici, quaſi gratiae referendae loco, ita conor excuſare: ut cum Faſtos nominauit, de ijs tantum intellexerit qui Faſti uulgo dicebantur, non etiam de ijs, qui etſi Faſti ipſi quoque erãt, Comitiales tamen appellabantur. ſpectauit igitur non uerbi uim, quae

dies

dies omnes,quibus Praetor tria uerba fari poſſet ſiue Comitiales eſſent,ſiue nō,cōplectitur; ſed conſuetudinem loquendi ; quod Faſtos nominabant eos, quibus tantum lege agi poſſet;cum eos quibus cum populo poſſet, Comitiales praecipuo uocabulo mallent appellare. Quaeritur hic fortaſſe : cum Comitiales omnes eſſent Faſti ; ijsq. & cum populo,& lege agi poſſet; cum populo,quia Comitiales;lege,quia Faſti;fieret ne ſimul utrumque. Negatur.nam,etſi licebat utrumque eodem die,non tamen utrumque poterat eodem tempore.cum enim Populus in Forum cōueniſſet , quid iudicibus,aut litigātibus loci relinqueretur? porro,ſi uacaret locus,qui tamē poſſet Praetor, aut Iudices , in tanto ſtrepitu, quantus coactae in unum locum multitudinis ſolet eſſe , eorum , qui cauſſas agerent,orationes attentis auribus , animisque,ut par eſt,excipere ſedata mente diligenter aliquid conſiderantibus opus eſt.itaque abſurdum eſt, credere, potuiſſe eodem tempore & cū populo agi,& iudicijs operam dari : ſicuti Faſtis ijs,qui Comitiales non erant, eodem quidem die non tamē eodem tempore,& Lege actum, & Senatum eſſe habitū inuenio; ſic, ut Lege ageretur primum,deinde Senatus haberetur.quod cum ex alijs locis, tum ex III. *&* XII. *epiſtola libri* II. *ad Quinctum fratrem intelligitur. Ergo, cum omnes Comitiales eſſent Faſti,non quia ſemper Lege ageretur, ſed quia ſemper liceret,ſi modo cum populo non ageretur; (nec enim utrumque ſimul*

fieri,iam diximus)ita concludemus:Faſtos,littera F in Kalēdario notatos, iuriſdictionem omnes habuiße;Faſtis,littera C notatis, & ius dici, & agi cum populo eodem die,non eodem tamen tēpore, potuiße:ideoq. Faſtos eos quoq. fuiſſe dico,non ex eo,quod fieret, ſed ex eo,quod liceret. Haec de faſtis: ſuperſunt Nefaſti. Hijs omnino neque lege agi, neque cum populo licebat. cum enim opponantur Faſtis, quorum e numero ſunt Comitiales;eo iure,quod omnes Faſti, ſiue Comitiales, ſiue non Comitiales, habent, prorſus careant neceſſe eſt.Feſtus ēt ſic: Die nefaſto apud
„ *Praetorem lege agere, religioſum erat. Cauſas tamen agi,& Concionem haberi, & Legem promulgari,licebat.nam neque Cauſſas agi, eſt Lege agi:neque Cōcionem haberi;aut,Legem promulgari, eſt cum Populo agi. quae probare ſingula magni negotij non eſt.Agitur lege,cum Praetor tria uerba fatur,Do,Dico, Addico: qui eſt ultimus iudicii dies:cum uero cauſis audiēdis Praetor operam dat, Lege tunc non agitur.quare Faſtos eſſe neceſſe nō eſt omnes dies,quibus aut pro reo,aut contra reum dicitur:ſed,Faſtum eum quidem eſſe,neceſſe eſt,quo Praetor,aut qui iudicio praeeſt, cum conſilio Iudicum ſententiam ferre debet. itaq. in epiſtola* III. *lib.* II. *ad Quinctum*
„ *fratrem,Ad* III. *Idus,inquit,dixi pro Beſtia,de*
„ *Ambitu,apud Praetorem Cn.Domitium.Quem tamē diem(eſt autem* III. *Idus Februarii) Faſtū non fuiße,Kalendarium indicat:notatur enim,ut*

Ne-

Nefaſtus,littera N nec omnino de octo diebus,q̃ ab Idibus appellãtur,mẽſe Februario Faſtus ullus fuit,ultimo tantũ die,hoc eſt Idibus ipſis, excepto;qui Nefaſtus priore,Faſtus poſteriore parte fuit:notatur.n.ſic,NP.Cõciones licet ad Populum haberentur,non tamẽ Comitiali tantũ die, ſed & faſto,qui Comitialis non eſſet,& Nefaſto pariter haberi poterãt.nolo.n. quẽquam in eo falli,quia fortaſſe,Agi ad Populum,& Agi cũ Populo idẽ eſſe uideatur:quae diuerſa ſunt. nã Agebatur ad Populum,cum ad Populum concionem aliquis habebat, ut Gellius docet lib. XIII.c. V. Agebatur autem cũ Populo,ut ait Feſtus, cum magiſtratus ad Conſiliũ,aut Comitia,uocabat.qđ fieri Comitiali dũtaxat die licebat.Cõcionari aũt omnibus aeq. diebus licuiſſe,exẽpla demõſtrant. itaq. quoties aliquod S.C.erat factũ, dimiſſo Senatu,& S C.ad populũ recitato, magiſtratus aliquis,aut etiã priuatus Senator,Concione ei a magiſtratu data,ad Populũ uerba faciebat.nec tamẽ is erat dies Comitialis. nam Comitialibus fieri S. C.aut omnino Senatũ haberi non potuiſſe,demonſtratũ eſt.& Feſtus haec aperte diſtinguit,cum ait Forũ eſt,in quo iudicia fieri, Cũ Populo agi, Cõciones haberi,ſoleãt.Quo die igitur,Agi cum Populo,eodẽ,Agi apud Populũ,licebat:quo aũt Agi apud Populum,eodem,Agi cum Populo,nõ ſemper licebat.Exempla ſibi quiſq. notet in legẽdo:quod facillimũ eſt: ſunt enim infinita.itaque puto me facere non inepte, quod ijs recitandis

quae paſsim extant, conterendum mihi tempus eſſe non exiſtimem. Illud addendum unum uidetur: Cum aduocabatur Cōcio, ut Populus aliquid ſuffragijs, rogante Magiſtratu, ſciſceret; tunc actum eſſe cum Populo, non ad Populum: cum uero Magiſtratus, aut etiam priuatus aliquis, magiſtratú ei Concionem dante, ad Populum uerba faciebat, non ut ſuffragia deinde ferrentur, ſed ut aliquid exponeretur; tunc non cum Populo, ſed ad Populum actum eſſe. Aliud eſt igitur, Habere Concionem: aliud, Aduocare Concionem. Habere Concionem eſt Agere ad populum: Aduocare cōcionem, ſi aduocatur, ut ſuffragia ferantur, eſt Agere cum populo. ideo ſcripta ſunt haec, apud
„ *Macrobium lib. I. Sat. Iulius Caeſar Auſpicio-*
„ *rum lib. XVI. negat, Nundinis Concionem ad-*
„ *uotari poſſe, id eſt, Cum populo agi, ideoq. Nun-*
„ *dinis Romanorum haberi Comitia non poſſe. Addita enim ſunt illa uerba, Id eſt, Cum populo agi quia nō ſemper, Concione aduocata, cum Populo agebatur, ſed interdum ad Populum dumtaxat Nundinus autem, cum Populo quidem agere non licuit; ex quo ſequebatur, ut Comitia haberi non poſſent: ad Populum autem agere, hoc eſt cōcionem habere, certe licuit. non enim aduerſatur illud quod a Cicerone ſcriptum eſt, lib. IV. ad Atticum: Ante diem X. Kal. Nundinae: Concio biduo nulla. Quibus uerbis, id quod factum non eſt non id, quod non licuit, oſtenditur. nam, cum haberi Nundinis Comitia non poſſent, quod non ex*

Macrobio tantum, uerum etiam ex Plinio lib.
XIIX.*cap.*III *cognoſcitur: propterea ne concio-*
nandum quidem P. Clodius, Appius, Metellus
putauerunt; qui proximis diebus, Comitiorum
cauſſa, Conciones habuerant. Supereſt de Lege «
promulganda. id enim de tribus, quae propoſui «
mus, erat tertium. Ferendae Legis, & Promulgã «
dae non eadem ratio fuit. Ferebatur die tantum «
Comitiali; Promulgabatur etiam non Comitiali
ſiue Faſtus, ſiue Nefaſtus eſſet. itaque C. Cato
Tribunus pl. rogationem de abrogando Lentulo
imperio, die non Comitiali, promulgauit. cum
enim & poſt IV. *Nonas Februarij, & ante*
IIX. *Idus eiuſdem menſis promulgauerit: quod*
ex epiſtola II. *libri* II. *ad fratrem colligitur:*
Comitiali die promulgare non potuit, ac ne Faſto
quidem. primi enim duodecim Februarij dies Ne
faſti omnes fuerunt. Haberi autem Senatum per
Nefaſtos omnes, licebat: nec per omnes tamen
ſed tantum, cum res poſtularet, habebatur; eorũ «
Magiſtratuum, quibus id iuris erat, arbitratu. ita «
Senatus in hoc praeſtare Populo uidebatur: quod «
agi cum populo per unum modo dierum genus, «
hoc eſt, per Comitiales, quae Faſtorum pars erat «
haberi autem Senatum per duo genera, hoc eſt, et
per Feſtos eos, qui Comitiales non eſſent, & per
Nefaſtos omnes, licebat. Erãt praeterea Dies ali
quot promiſcui; quibus totis lege agi, neque om-
nino licebat, neque omnino non licebat; ſed par-
tim Faſti erant, partim Nefaſti. horum tria erãt

genera: alij, prima, & poſtrema diei parte, Nefaſti, media Faſti; qui dicebātur Interciſi; & in Kalendario his duabus litteris notātur, EN: *quod eſt Eudoterciſi, pro Interciſi. Veteres enim Endo pro In uſurpabant. itaque dixit Cicero lib.* II *de legibus: Quos endo caelum merita uocauerint. Et Feſtus notat, Endoitium pro, initiū. Varro autē lib.* III. *de re Ruſt. Endo ſuam domum. Alij priore parte Nefaſti, poſteriore Faſti: qui notantur ipſi quoque duabus litteris,* N P, *ſed coniunctis, hoc modo* NP: *quod ualet. Nefaſtus primo, cuiuſmodi fuiſſe dies fere omnes Feſtos, inſpectu Kalēdario, cognoſcitur. Nōnulli, priori parte Faſti, poſteriore Nefaſti; qui notātur ſic,* F.P. *quod, Faſtus primo ſignificat: quo ex genere uidemus in Kalēdario Vinalia fuiſſe. Dies eos, qui priore parte aut Faſti erant, aut Nefaſti, de Veteribus, quod meminerim, nemo nominat. de Faſtis autem media diei parte, hoc eſt de Interciſis, Varro ſic lib.* V. *de lingua Lat. Interciſi dies ſunt per quos mane, & ueſperi eſt Nefas medio tempore, inter hoſtiam caeſam, & exta porrecta fas: a quo, quod fas tū intercedit, Interciſi dies; aut quod Interciſum nefas. Patet iam, his litteris, quae ſunt in Kalendario;* F. N. C F. P. NP. EN, *ſex dierū genera ſignificari, Faſtos, Nefaſtos, Comitiales, Faſtos primo, Nefaſtos primo, Interciſos. Quod ſi cui ueniat in mentē, hac duarū litterarū cōnexione* NP *nō ſignificari, quod nos diximus, Nefaſtus primo ſed potius, Nefas Praetori: huius opinionem argumen-*

gumen-

gumentum primo e cõiectura, uel ex ipſa potius, ut ego ſentio, ratione ductum, deinde etiam Hiſtoriae ueteris infirmat auctoritas. argumentum eſt hoc. Nemo, cui pauciora ſufficiũt, plurib. utitur, quid opus erat, ut ij Dies, quibus adſcriptum uidemus N, Nefaſti eſſe indicarentur, duas potius litteras, quam unam, apponere? Cum NP, inquã, non N? praeſertim cum Nefaſti dies omnes hac una littera, N, notentur: ſicuti & Faſti, eorum quaſi aduerſarij, una littera, F, demonſtrantur. Age, dicat aliquis, leue hoc eſſe, planeque nugatorium argumentum. quod ſane mihi uidetur cõtra; quid Ciceroni reſpõdebitur? mendacij ne, & falſitatis, quaſi teſtem corruptum, aut inſcientẽ, arguemus non ita, ut opinor, quiſquam deſipiet. Sunt igitur
» haec in Epiſtola, Riſi, Ciceronis uerba, lib. II. ad
» fratrẽ: Coguoſce nunc Idus. Decimus erat Coelio
» dies. Domitius ad numerum iudices non habuit.
Quibus uerbis, cum Idus Februarij, de quibus Cicero loquitur, Faſtũ ex parte diem fuiſſe, ſatis cõſtet: quandoquidẽ eo die Praetor Domitius, ut de reo cognoſceret, ſententiãq. ferret, in Forũ deſcẽdit: ſequitur, ut N, quod Idibus omniũ menſium, exceptis Iunijs, in Kalendario adſcriptũ uidemus Nefaſtus dies omnino ſignificari nõ poßit. Eodẽ in libro altera eſt Epiſtola, quae ſic incipit: Sextius noſter abſolutus eſt ad II. Id Mart. qui dies, ſi eo die Sextius abſolutus eſt, certe Nefaſtus plane nõ fuit, fuit aũt, cũ ei ſit adiunctũ , priore quidẽ parte Nefaſtus, poſteriore aũt Faſtus: ſic

uti & Idus Februarij, de quibus proxime diximus. & omnes dies, quibus in Kalendario NP appoſitum animaduertimus. Aggrediamur nunc quando & de Dierum ratione, & de litteris, eos ſignificantibus, ſatis multa, atque etiam, ut arbitramur, ſatis uera dicta; alias, quae in Kalendario ſunt, litteras; aut conciſas, eoq. obſcuriores dictiones interpretari: ut, quos Antiquitas capit, eorum commodo pro noſtra uirili parte conſulamus.

KALEN-

F. *Faſtus dies*
C. *Comitialis*
N. *Nefaſtus*

IAN.

NON. *nonae*
AGON. *Agonalia. Ouidius*
EN. *Endotercíſus; pro, Intercíſus*
CAR. *Carmentalia: quod ſacra tumq; & feriae Carmentis. Varro*
EID. *Idus*

FEBR.

LVPER. *Lupercalia: quod in Lupercali Luperci ſacra faciunt. Varro*
QVIR. *Quirinalia: a Quirino; quod huic Deo feriae ad Q. fratrem lib. 2.*
FERAL. *Feralia ab inferis, & Ferendo, quod ferunt tum Epulas ad ſepulcrum, quibus ius ibi Parentare*
TER. *Terminalia: quod is dies Anni extremus conſtitutus. duodecimus enim menſis fuit Februarius*
REGIF. *Regifugium. Ouidius. quamquam eſt inter Ouidium, & Kalendarium, de Die Regifugij controuerſia. ille enim aſſignat ei Februarij diem*

XXIII, *in Kalendario autem uideo ad* XXIV. *eſſe appoſitum. nec ſane, ſi modo Regifugij dies* N *fuit, uidetur eſſe potuiſſe die* XXIII, *hoc eſt Terminalibus; qui* NP *dies fuit. alioqui dies idem &* NP, *&* N *fuiſſet*

EQ. *Equiria. Varro, Feſtus, Ouidius*

MART.

LIN. *Liberalia. Varro*

QVIN. *Quinquatrus. Varro*

TVBIL. *Tubiluſtrũ: quod eo die in Atrio ſutorio Sacrorum Tubae luſtrantur. Varro lib.*v *Ouidius lib.*III. *Faſt. & Feſtus*

Q. REX C.F. *Quando Rex Comitiauit, Fas. Varro, Feſtus*

APR.

CIRC. *Circenſes*

FORD. *Fordicidia: a Fordis bubus. Bos forda, quae fert in uentre, quod ea die publice immolantur boues praegnantes in Curijs. complures a Fordis caedendis Fordicidia dicta. Varro libro* v. *Ouid. l.* 4

CER. *Cerialia. Varro*

PAR. *Parilia: a Pariẽdo, ut ait Victorinus Afer, Alij, Palilia, a Pale; quod eo die Feriae ei deae fiũt. Varro l.* v. *Ouidius lib.* XV. *Faſt. Feſtus in uerbo, Pales; & Parilibus. Tibull. el.* 6. *lib.* 2. *Propertius in* IV.

VIN. *Vinalia: a Vino. Varro*

ROB.

Rob. *Robigalia: dicta ab Robigo, ſecundum ſegetes Varro*

Flor. *Floralia. Ouidius, Plinius*

MAI.

Comp. *Compitalia*

Lem. *Lemuria. Varro, Ouidius*

Lvd. mart. in circ. *Ludi. Marti in Circo. Ouidius*

Q. rex. c. f. *Quando Rex comitiauit, fas*

IVN.

Mart. car. monet. *Marti, Carnae Deae, Monetae Iunoni. Macrobius, Ouidius*

In. capit. *In Capitolio*

Vest. n f. pr. *Veſtae, Nefas Praetori*

Mat. *Matri Matutae Ouidius*

Q. st. d f. *Quando Stercus defertur. Varro, Feſtus, Ouidius*

IVL.

Poplif. *Poplifugum; pro, Pupulifudium*

Apollin. *Apollinares*

Merk. *Merkatus*

Vict. caesar. *Victoriae Caeſaris*

Nept. *Neptunalia*

Fvr. *Furinalia*

AVG.

Fer. *Feralia*

Hisp. vic. *Hiſpaniam uicis*

Port. *Portunalia*

Vin. f. p. *Vinalia. Fas Praetori. Varro, Plinius*

Cons. *Conſualia. Plutarchus*

Volc. *Volcanalia. Varro*

Opic. *Opiconſiua. Varro*

Volt. *Volturnalia. Varro*

H. d. ara. victoriae. in. curia. dedic. est. *Hoc die Ara Victoriae in Curia dedicata eſt*

SEPT.

Fer. nep. *Feriae Neptuno*

F. eqvor. prob. *Feriae Equorum probandorum. Valerius Max. lib. II*

Lvd. circ. *Ludi Circenſes, in Auguſti die natali. Suetonius, Dio*

OCT.

Meditr. *Meditrinalia, a Meditrina Dea Varro*

Avgvst. *Auguſtalia*

Font. *Fontinalia. Varro*

Arm. *Armiluſtrum. Varro*

NOV.

Epvl. indict. *Epulum indictum*

Lvd pleb. in. circ. *Ludi Plebeij, in Circo. Suetonius*

DEC.

Agon. *Agonalia*

Sat.

SAT. *Saturnalia. Macrobius*

OPAL. *Opalia. Varro, Macrobius*

DIV. *Diualia. Diuae Angeronae dies feſtus. Is dies a Varrone lib.* V. *de ling. Lat. appellatur Angeronalia, ab Angerona, cui ſacrificium fit in curia. Macrob. Saturn.* I. XII. *Kal. Ian feriae ſunt diuae Angeroniae cui Pontifices in ſacello Volupiae ſacrum faciunt*

LAR. *Larentinalia. Varro, Ouidius, Plutarchus*

DE . VITIATA

VOCALIVM

AC . DIPHTHONGORVM

PROLATIONE

ALDI . PII . MANVTII . ROMANI

AVI

Πάρεργον

Hoc loco non uidetur ſilentio praetereundum, quod de Αι diphthongo hic ſcribit, his uerbis. Ἡ γὰρ θέσει μακρὰ ἐλάττων ἐστὶ τῆς φύσει μακρᾶς ἐπεὶ καὶ Α τὸ φύσει μακρὸν μεῖζόν ἐστι τῆς Α διφθόγγου τῆς ἐχούσης τὸ Ι ἐκφωνούμενον. ὁ γὰρ τριῶν ἔργον δύο στρατιωτῶν ἰσχυρότερός ἐστιν ἐκείνων. Quandoquidem uel hinc colligi poteſt, Aetate noſtra, & maiorum, ab hinc annos octingentos, ac plus eo, perperam Diphthongos omnes, & pronunciari, & pronunciatum eſſe, praeterquam Αυ, & Ευ, apud Graecos Nam apud Nos & illas perperam. Si enim I in Αι diphthongo ἐκφωνητέον, ut ſupra eſt ſcriptum, uidelicet A natura longum maius eſſe Al diphthongo, quae I quod pronuncietur, habeat, perperam, ac barbare eam nunc proferimus, cum E legimus. Nam & A & I in ea ſonum habere ſuum debent confuſum in unam ſyllabam ut ab A incipias, & in I deſinas, quemadmodum in Αυ & Ευ diphthongis facimus. Praeterea, Diphthongos omnes proprias hoc modo pronunciandum eſſe, patet ipſo nomine. Diphthongus enim dicitur, quod duos φθόγγους, hoc eſt ſonos & uoces habeat. id quod & Terentianus ait his Trochaicis

Porro uocalem ſecuta, uim tenet uocalium
Et ſonos utroſque iungit: unde Diphthongos eas

Grae-

Graeciae dicunt magiſtri, quod duae iunctae ſimul
Syllabam ſonant in unam, uiq. gemina praeditae

At ſi Aι, Eι, Oι & Eι I, & Oυ v, legas, ut nunc barbare legimus, non diphthongos, ſed monophthongos pronunciãdo facies, cum ſonum utriuſque, quae in diphthongo propria eſt uocalis, iungere debeas in unam ſyllabam. Nam I in Oι diphthongo propria ἐκφωνούμενον dicitur à Grammaticis: contra ἀνεκφώνητον in Diphthongo impropria. Atqui, ſi Aι E ſonat, nec A, nec I profertur. Υ etiam in Oυ diphthongo ἐκφωνούμενον, quemadmodum in Aυ & in Eυ diphthongis, eſſe debet, ut ab O paruó incipias, & deſinas in Y. Sonum autem Oυ diphthongi, ideſt V, ut nunc male pronunciamus, Y uocalem apud antiquiſsimos habuiſſe, exiſtimo. Signum eſt, quod nunc quoque, quod Graeci Δύο, nos Duo dicimus; & quod illi Μῦς, Θύλη, Ῥωμύλος, Nos Sus, Mus, Thule, Romulus dicimus; & alia id genus ſexcenta. Eodem modo H, & Ω & E & O non recte pronunciamus. Nam H & E proximum, ac paene eundem ſonum habere debent, hoc eſt E, ut H proferas clarius, & ſub palato, E uero minore ſono in gutture. Exempli gratia, ut H proferas ut E, Latine loquens, in dictione, *Debes*. E uero, ut E in dictionibus hiſce uulgaribus, *Che dice, Che pane mangia, Che uino be-*

ue,

ue, cum barbare loqueris, ut nunc uulgus. Sic Ω magnum proferendum. ut in dictione *Bono*, cum Latine nunc loquimur. Nam apud Antiquos noſtros O breue, & O longum non eundem ſonum habuiſſe, exiſtimo; O uero paruum, ut O, in eadem dictione *Bono*; ſi, ut uulgus, dixeris, E *bono homo*, *&* *mio amico*. Sic eas litteras pronunciari debere, Terentianus praecipit, cum dicit

Litteram namque E *uidemus eſſe ad* ητα *proximam*
Sicut O *&*, Ω *uidentur eſſe uicinae ſibi*
Temporum momenta diſtant, non ſoni natiuitas

H praeterea non I, ſed E longum, ſonare debere, oſtendit etiam Euſtathius, in Homerum, inquiẽs: Βὴ μιμητὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς Idem. Βὴ βὴ φωνῆς προβάτων σημαντικὸν. καὶ φέρεται παρ᾽ Αἰλίῳ Διωνυσίῳ χρῆσις Κρατίνου τοιαύτη. ὁ δ᾽ ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βὴ βὴ λέγων βαδίζει. Oues uero nõ Vi Vi, ut nunc Βὴ Βὴ bar bare pronunciamus, ſed Be Be Balant; & eſt Balant, pro, Belant, a Βη, mutatione H in A dorice, ut Μήτηρ, mater. Vnde & id colligimus, β ſic pronunciandum, ut B apud Nos profertur, non ut V conſonans, uel F digamma Aeolicum. Alpha igitur, & Beta, & Graecis ipſis dicendum, ut Nos dicimus, non Alpha, & Vita. id quod ex Hebraeis acceptum eſt; qui, Aleph, & Beth, non Vith dicunt. Sed

de

de his in Fragmentis noſtris longe plura. Vbi etiam, Γ, Κ, Λ, Ν, ſequente I, uel Y, uel Ει; uel Οι, perperam a Graecis nunc pronunciari, oſtendimus; ſicut apud Nos, & diphtongos omnes, & C, & G, ſequente I, uel E, & Ti, ſequente uocali.

SACRA

DE EPISTOLIS
COMMENTARIVS
ALDI. MANVTII
PAVLLI. F.
ALDI. N.

Ad M. Antonium Muretum,
amicorum κορυφαῖον.

EPISTOLARVM *omnium quae materia ſit, quaeque nos hortentur ſaepe, interdum etiam impellant ad ſcribendũ cauſſae, diu ſaepe ac perattente cogitaui. artem enim quaſi quandam, quae uiam ad inuentionem patefaceret, inuenire cupiebam. Atque in hoc meditandi ſtudio cum occurriſſent plurima, eaq. admodum diuerſa, tandem aliquando, inſpecta rei cuiuſq. natura, atq. ui, ad duo quaedam capita referri poſſe omnia uiſum eſt: quorum alterum Graece* ἠθικὸν, *alterum* πραγματικὸν, *uocatur, nos morale, & negotiale poſſumus appellare. omnium enim epiſtolarum argumenta uel a negotio, uel ab officio, tamquam a duobus fontibus, deducuntur. Negotiales, quo res in ſtatu ſit, ſiue noſtra, ſiue aliena, ſiue priuata, ſiue publica, ſignificant. nec, ſi quae ſunt, in quibus aliqua de re diſputatur, ab hoc genere diſiungo. noſtrum enim negotium uidetur eſſe, ſi ultro ſcribimus; aliorum, ſi rogati. quamquam diſputationes remouet ab Epiſtola ſcriptor egregius Demetrius, at non Latini, nam Varro quaeſtiones multas Epiſtolis explicauit, ut Gellius, & Cariſius docent: & Valgius Rufus, ut idẽ Cariſius oſtendit, ſcripſit de rebus per*

epiſtolam quaeſitis. Morales officium potius quam negotium, continent. quod genus late patet. hinc enim emergunt, quaecumque aut humanitatis, aut beneuolentiae, aut alicuius omninę uirtutis aliquam ſignificationem habent; ut commendaticiae, conſolatoriae, laetitiam, aut dolorem indicantes, admonentes, hortantes, querentes, obiurgantes, gratias agentes, &, ut ſummatim complectar, quae materiam a negotio non ſumunt. Tertium quoddam genus, ex utroque mixtum, reperiri, non negauerim: ſed hoc ut aequaliter ex utroque conſtet, ideſt ut eae cauſſae, quae ad ſcribendum adduxere, graues aeque ſint, nec morales negotialibus, aut negotiales moralibus uincantur, perquam raro ſolet euenire quod ſi morale, aut negotiale in epiſtola mixta excellet; (quod autem, ut ea ſcriberetur, uehementius impulit, id dico excellere) quis dubitet, quin, quae res in ea plus habet ponderis, eadē ei nomē tribuat? Non enim in aßignādo genere uel partes numerandae ſunt, uel longitudinis habenda ratio eſt: poſſunt eſſe plures morales partes, quam negotiales: aut, ſi pauciores ſint, uel una eſſe longior, quam negotiales omnes: nec tamen ad morale genus epiſtola pertinebit. quo enim (ut iam dixi) praecipue adducimur ad ſcribendum, id ſiue multis, ſiue paucis uerbis exponatur, epiſtolas facit aut negotiales, aut morales. At morales quidem in ſimplici plerumque uerſantur argumento; ſuisq. quaſi finibus contentae, ne

gotialem

gotialem materiam nō attingunt: negotiales con
tra, non quia neceſſe ſit, ſed quia deceat, morale
ſaepe aliquid aſſumunt. Poſſum probare exem-
plis, poſſum auctoritate eorum, qui de epiſtolis
praecepta tradiderunt: ſed ipſa quoque in promptu ratio eſt. quis enim, cum ſcribit, quod uel ſua
uel eius, ad quem ſcribit, interſit, aliquam rei perficiendae cupiditatem non exponit? quis ad ea
quae reſtant, curam, & diligentiam non pollicetur? quis aut, confecto negotio, non laetatur, aut
deſperato, non dolet? quae interdum grati animi
humanitatis quidem ſemper ſigna ſunt. Moueor
etiam non leuiter auctoritate Demetrij, ſcriptoris accurati in primis, et docti: Πλεῖστον, ait, ἐχέτω
τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολὴ, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος: σχεδὸν γὰρ
εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολὴν.
Exempla uero Ciceronis ad Lentulum ſcriptae
epiſtolae ſuppeditant. negotiales enim omnes fere ſunt: & his tamen morales Cicero ſententias
libenter admiſcet, nimirum officij cauſſa; ut, in
patriam opera, ac uirtute Lentuli reuocatus, tanti beneficij memoriam, & remunerandi ſtudium
declaret. fortaſſe etiam, ut ingenio ualebat, ad officium artem adhibuit. nam, quia morales in primis ad conciliandam beneuolentiam idoneae ſententiae ſunt; iccirco, futurum intelligens, ut negotialem primae epiſtolae partem, ideſt narrationem, Lentulus non admodum libenter legeret,
quippe quae aduerſa paene omnia, & inclinatam
rem oſtenderet; eam'q; moleſtiam morali principio

leniendam putauit. ad leniendum autem, ſi cetera deficiant, ipſa tamen amoris, & grati animi ſignificatio multum ualet. & grata uoluntas ſocietate quadam eiuſdem doloris oſtenditur. dolor autem Ciceronis, in Lentuli cauſſa ſuſceptus, quod ſingulari quodam ſtudio ualde tamen non proficiat, cum ex ipſa ſententia, & ex hoc toto orationis ambitu, tum uero maxime ex primis uerbis, unde oritur ſententia, colligitur. Ego omni officio, ac potius pietate. nã & in, Ego uis eſt; & augetur in, Omni officio; & cumulatur demum correctione proxima, Ac potius pietate. officium enim amoris expers eſſe poteſt, & communiter in omnes conuenit: nomẽ autem pietatis quiddam etiam grauius, quàm amor, ſignificat: itaque nõ communiter in omnes ſed proprie conuenit in deos, quibus omnia debemus: deinde in patriam, atque in parentes; quorũ caritas proxime accedit ad deos: tertio loco, erga omnes propinquos: poſtremo, erga optime meritos; quos diligere ut propinquos, & colere parentũ fere loco, aequum eſt. quae ſingula eodẽ quo propoſuimus, ordine probemus. Ac pietas quidẽ in deos multis cognoſcitur exemplis: quorum pauca recitabo. de Nat. de. lib. I. Pietas, ſanctitas, religio pure, & caſte tribuenda ſunt deorum numini. Et infra ibidem: Pietas eſt iuſtitia aduerſus deos Et lib. III. de Fin. Nec uero pietas aduerſus deos, nec quãta ijs gratia debeatur, ſine explicatione naturae intelligi põt. Et pro domo:

rio: Nec eſt ulla erga deos pietas, niſi honeſta de nomine eorum, ac mente opinio. Et li. II. Off. Pietas, et ſanctitas deos placatos efficiet. Et in Topicis: Aequitas tripartita dicitur eſſe, una ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. prima pietas, ſecũda ſanctitas, tertia iuſtitia, aut aequitas nominatur. Quae uero, ad patriã, parentes, propinquos ẽt, licet nõ bene meritos pertinẽt, haec ſunt. lib. II. de Inuẽt. Pietas eſt, quae erga patriam, aut alios ſanguine coniunctos officiũ conſeruare moneat. Pro Flacco: Nimia pietas, & ſummus amor in patriã. De ſomnio Scip. Iuſtitiã cole, & pietatem: quae cum ſit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima eſt. Et in Bruto: Vtinã C. Gracchus nõ tam fratri pietatem, quam patriae, praeſtare uoluiſſet. Pro Coelio: Pietas in parentes, indulgẽtia in liberos. Pro Plancio: Omitto illa, ut uiuat cum ſuis, primum cum parẽte: nam pietas fundamentum eſt omnium uirtutum. Et Acad. lib. II. Admodum adoleſcens cum fratre, pari pietate, & induſtria praedito, paternas inimicitias eſt perſecutus. Et ad Att. ep. 3. lib. VI. Cũ bellũ eſſe in Syria magnum putetur; uideatur ne pietatis eſſe meae fratrem relinquere. Pro Quinctio: Si pietate propinquitas colitur; qui affinem prodit, impius ſit neceſſe eſt Et ad Thoranium, ep. 20. lib. VI. Hic tui omnes ualẽt, ſummaq. pietate te deſiderant. Atque haec uno loco omnia, in oratione pro Plancio, comprehẽduntur. pietas enim defi-

nitur, grata uoluntas in parentes, in patriam, in deos, in amicos : eaq. tribus modis laudatur, ut uirtus, ut uirtus maxima, ut uirtutũ reliquarũ omnium mater. Exemplum pietatis etiam parentum in filios unum Ciceronis afferam ex ep. 39. lib. XIII. *Domo ſibi carendum propter matrem, plenam pietatis. Alterum Catulli:*

Egregium narras mira pietate parentem,
Qui ipſe ſui gnati minxerit in gremium.

Deorum in homines.

Statius in Silu. Vera deum pietas.

Extremũ reſtat de pietate in bene meritos. quo ex genere eſt illud ep. 1. l. 1. Fam. Ego omni officio, ac potius pietate erga te. & ibidẽ ep. 9 Periucundae mihi fuerũt litterae tuae: quibus intellexi te perſpicere meã in te pietatẽ: quid.n.dicã, beneuolentiam? cũ illud ipſum grauiſſimum, & ſanctiſsimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis eſſe uideatur. Et in eadẽ, in extremo. Sunt enim teſtes meritorum tuorũ ega me, meaeque in te pietatis. Cur autem, cum id quod dijs, hominibusq. debemus, proprie Pietatis nomine totũ exprimatur, non eodem nomine erga Lentulũ Cicero uteretur, quem in utraque poſt reditum oratione non modo parentem, uerum etiam deũ ſuae ſalutis, uitae, fortunae, memoriae nominisq. uocat? Sic in epiſtola ad Curionem lib. 2. cum Milonem commendat, bis nomen Pietatis uſurpat; quod, eo adnitente, patriam recuperauerit. Et alibi ſaepe. Quod aũt in primis quattuor uerbis epi-

ſtolae

ſtolae 1. ad Lent. Ego omni officio, ac, uocales cõcurrere paſſus eſt; in eo ẽt moralis uirtus elucet laborare.n.uidetur,quod amãtiſſimi hominis eſt,de re potius,quã de uerbis. itaq. hanc indiligentiam non ſolum a reprehenſione uindicat, uerum etiam cum aliqua laude coniungit in Oratore: Habet,inquit,ille tamquam hiatus, concurſu uocalium,quaſi molle quiddam,quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis, quam de uerbis,laborantis. Et in eodem libro, infra: Nemo eſt tam ruſticus, qui uocales nolit cõiungere. in quo quidam etiam Theopompum reprehẽdunt, quod eas litteras tantopere fugerit: etſi idẽ magiſter eius Iſocrates,at nõ Thucydides ne ille quidem haud paullo maior ſcriptor Plato. Demoſthenes tamen magna ex parte concurſionem uocalium,ut uitioſam, fugit. Sed Graeci uiderint: nobis,ne ſi cupiamus quidem,diſtrahere uocales conceditur. Haec ille: qui tamen paullo poſt, non debere admodum crebro uocales uocalibus occurrere,indicat his uerbis: Hoc idẽ noſtri ſaepius non tuliſſent, quod Graeci laudare etiam ſolent. Gellius & in poetis hoc probat l. VII.c. 20.aitq. ſuauius eſſe in Virgilio,Vicina Veſeuo, Ora iugo, quam, Vicina Veſeuo Nola iugo: & apud Catullum,Ebrioſa acino ebrioſioris.

Dictum eſt de generibus epiſtolarũ: quibus demõſtratis, duplex occurrit animaduerſio, primum quae utrique ſint aptae generi ſententiae; deinde quibuſnam ſententiae uerbis enuncientur. At licet,

cet, niſi fallor, ſimul utrumque complecti, & ita definire. Epiſtola conſuetudinem fere quotidiani ſermonis debet imitari. nam, ſi, quod inter longe remotos nequaquam uox, & lingua praeſtare poteſt, id bono litterarum conſequimur, ut iis de rebus, quae uel noſtra, uel amicorum interſint, communicemus: profecto nihil aliud, quam imago quaedam ſermonis, uidetur epiſtola. idem ſenſit Artemon ille, qui deſcripſit epiſtolas Ariſtotelis: quem dixiße Demetrius ait, oportere eodem ſtylo, & dialogum ſcribi, & epiſtolas: eſſe enim epiſtolam dialogi partem. Sententias tamen interdũ grauiores, quam dialogus, & maiorem elegantiam admittit epiſtola; non modo quia ſtudio, curaq. maiore ſcribimus, quam loquimur; uerum etiam, quia, cum ad principes uiros, aut etiam ad ciuitates, litteras mittimus, quod interdũ euenire ſolet, habenda omnino uidetur perſonarum ratio; & in eo paullum ſe tollat epiſtola, non modo licet, uerum etiam neceſſe eſt. quales enim putemus fuiße epiſtolas illas, quibus uiri eloquentes, & docti, atque ipſe in primis Ariſtoteles Alexandrum Magnum, incenſum cupiditate ueriſſimae gloriae, cohortabatur ad decus? iã uero, quae leguntur Demoſthenis ad Philippum, habere eas quiddam amplum, longeq. diſtare a communi ſermone, negari non poteſt. Nec deſunt Ciceronis in hoc genere nonnullae, ut illa ad Lucceium lib. v. Fam. de ſui cõſulatus hiſtoria ſeparatim cõponenda; & illa ad Dolabellã lib. IX. quae

ci de

ei de ſublata columna, & ijs, qui eam Caeſari mortuo, tamquam deo, in foro erexerant, ſupplicio affectis, gratulatur. in illa uero ad Lentulum quae incipit. Periucundae, partes multae ſunt, in quibus aliquanto maior uel uerborum copia, uel ſententiarum ſplendor apparet, quam dialogi ratio, & natura poſtulet. Age, quid in ea dialogo ſimile reperitur, in qua M. Brutus Ciceronem accuſat, quod ſupplic'ter nimis, ac demiſſe ad Octauium ſcripſiſſet? Verum hoc, quidquid eſt licentiae, prudentia moderatur. tempus, perſonarum dignitas, res ipſa, quouſque progredi liceat, oſtendit. Proprie uero & ſimplici argumento, & ſimplici ſtylo contentae ſunt epiſtolae. Recte, & feſtiue Cicero ad Paetū: Quid tibi ego uideor in epiſtolis? non ne plebeio ſermone agere tecum? nec enim ſemper eodem modo. quid enim ſimile habet epiſtola aut iudicio, aut concioni? quin ipſa iudicia non ſolemus omnia tractare uno modo: epiſtolas uero quotidianis uerbis texere ſolemus. Idem tamen, qui hoc praecipit, non uſquequaque ſeruat ſuam regulam: indulget enim ingenio nonnumquam, & epiſtolas concinnat, atque ornat uerbis aliquanto illuſtrioribus, quam quae populo familiaria, & communi ſermone trita ſunt. ſed hoc eiuſmodi eſt, ut, immodice, ac temere ſi fiat, faſtidiū pariat, & in reprehenſionē incurrat; ſin modice, & loco, delectet ſine ſatietate, & laudem aſſequatur. decet igitur idem, & dedecet, pro utentis ingenio; quod alijs quoque rebus contingit.

git. hac uirtute uel ſolus inter Latinos, ut mihi quidem uidetur, uel certe maxime omnium Cicero excelluit. Demoſthenem quidem ita uicit, ut comparatio nulla ſit: quod Quinctilianus quoque uidit. Breuitas laudatur in epiſtolis: iure quidẽ, breui enim ſermone magis capimur, quam producto: uerum in omni re modus eſt: & peccat eodẽ fere modo, qui multa paucis contrahit, & qui pauca diffundit in multa. Praeclare Gregorius Nazianzenus, qui utroque uitio laborant, eos iaculantibus comparat, ita mittentibus telum, ut uel ſupra ſcopum, uel infra feratur. utrique enim errant pariter, licet contrario modo. Hic mihi cõmittendum non puto, quando de epiſtolis agitur ut fraudentur ſtudioſi pulcherrima ipſius Gregorij, uiri eloquentiſsimi, epiſtola, nondum edita: in qua prudenter, & ingenioſe, quae ad hoc ipſum ſcribendi genus attinent, omnia perſequitur, ſic ut ne Demetrius quidem ille, quem ſupra appellauimus, uel plura, uel meliora tradiderit

Γρηγόριος Νικοβούλῳ.

ΤΩΝ γραφόντων ἐπιστολὰς, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο αἰτεῖς, οἱ μὲν, μακρότερα γράφουσιν, ἤπερ εἰκὸς: οἱ δὲ, καὶ λίαν ἐνδεέστερα: καὶ ἀμφότεροι τοῦ μέτρου διαμαρτάνουσιν, ὥσπερ τῷ σκοπῷ οἱ τοξεύοντες, ἄντε εἴσω πέμπωσιν, ἄντε ὑπὲρ πέμπωσι. τὸ γὰρ ἀποτυγχάνειν ἴσον, κἂν ἀπὸ τῶν ἐναντίων γίνηται. ἔστι δὲ μέτρον ἐπιστολῶν ἡ χρεία: καὶ οὔτε μακρότερα γραπτέον, οὗ μὴ πολλὰ τὰ πράγματα: οὔτε μικρολογητέον, ἔνθα πολλά. τί γὰρ ἢ τῇ Περσικῇ σχοίνῳ μετρεῖσθαι δεῖ τὴν σοφίαν, ἢ παιδικοῖς πήχεσι: καὶ οὕτως ἀτελῆ γράφειν, ὡς μηδὲ γράφειν; ἀλλὰ μιμεῖσθαι τῶν σκιῶν τὰς μεσημβρινὰς, ἢ τῶν κέντρων τὰς κατὰ πρόσωπον ἀπαντώσας, ὧν συνιζάνει τὰ μήκη: καὶ παραφαίνεται μᾶλλον, ἢ φαίνεται, τῶν ἄκρων τινὶ γνωριζόμενα: καὶ ἔστι, πῶς ἂν εἴποιμι καιρίως; εἰκασμάτων εἰκάσματα. δέον ἀμφοτέρων φεύγοντα τὴν ἀμετρίαν, τοῦ μέτρου κατατυγχάνειν. Περὶ μὲν τῆς συντομίας ταῦτα γινώσκω. Περὶ δὲ σαφηνείας, ἐκεῖνο γνώριμον, ὅτι χρὴ φεύγοντα τὸ λογοειδὲς ὅσον ἐνδέχεται, μᾶλλον εἰς τὸ λογικώτερον ἀποκλίνειν, καὶ, ἵν᾽ εἴπω συντόμως, αὕτη τῶν ἐπιστολῶν ἀρίστη, καὶ κάλλιστα ἔχουσα, ἣ ἂν καὶ τὸν ἰδιώτην, καὶ τὸν πεπαιδευμένον: τὸν μὲν, ὡς κατὰ τοὺς πολλοὺς οὖσα: τὸν δὲ, ὑπὲρ τοὺς πολλούς: καὶ ἡ αὐτόθεν γνώριμος. ὁμοίως γὰρ ἄκαιρον, καὶ γρῖφον νοεῖσθαι, καὶ ἐπιστολὴν ἑρμηνεύεσθαι. Τρίτον ἐστὶ τῶν ἐπιστολῶν ἡ χάρις. ταύτην δὲ φυλάξομεν, εἰ μήτε παντάπασιν ξηρὰ, καὶ ἄχαρι γράφομεν, καὶ ἀκαλλώπιστα, ἀκόσμητα, καὶ ἀκόρητα, ὃ δὴ λέγεται, οἷον δὴ γνωμῶν, καὶ παροιμιῶν, καὶ ἀποφθεγμάτων ἐκτός: ἔτι δὲ σκωμμάτων, καὶ αἰνιγμάτων, οἷς ὁ λόγος καταγλυκαίνεται: μήτε λίαν τούτοις φαινοίμεθα καταχρώμενοι. τὸ μὲν γὰρ ἄγροικον, τὸ δὲ ἄπληστον. καὶ τοσαῦτα τούτοις χρηστέον, ὅσα καὶ ταῖς πορφύραις ἐν ταῖς ὑφάσμασι. τροπὰς δὲ παραδεξόμεθα μὲν, ὀλίγας δὲ: καὶ ταύτας οὐκ ἀναισχύντως, ἀντίθετα δὲ, καὶ πάρισα, καὶ ἰσόκωλα, τοῖς σοφισταῖς ἀπορρίψωμεν. εἰ δέ που καὶ

καὶ παραλάβοιμεν, ὡς καταπαίξοντες μᾶλλον τοῦ τὸ ποιήσωμεν, ἢ σπουδάζοντες. Πέρας τοῦ λόγου· ὅπερ τῶν κομψῶν τίμος ἤκουσα περὶ τοῦ ἀετοῦ λέγοντος· ἡνίκα ἐκρίνοντο περὶ βασιλείας οἱ ὄρνιθες, καὶ ἄλλος ἄλλως ἧκον ἑαυτὸν κοσμίσαντες, ὅτι ἐκείνου κάλλιστον ἦν τὸ μὴ οἴεσθαι καλὸν εἶναι· τοῦτο κἂμ ταῖς ἐπιστολαῖς μάλιστα τηρητέον, τὸ ἀκαλλώπιστον, ὅτι ἐγγυτάτω τοῦ κατὰ φύσιν. Τοσαῦτα σοι περὶ ἐπιστολῶν, ὡς δι᾽ ἐπιστολῆς, παρ᾽ ἡμῶν· καὶ ταῦτα ἴσως οὐ πρὸς ἡμῶν, ὡς τὰ μείζω σπουδάζεται. τὰ ἄλλα δὲ, αὐτός τε φιλοπονήσεις, εὐμαθὴς ὤν· καὶ οἱ περὶ ταῦτα κομψοὶ διδάξουσιν.

Quam ſic Latine uertimus.

GREGORIVS NAZIANZENVS

NICOBVLO

QVI epiſtolas ſcribunt, (quoniam hoc etiam poſtulas) alij quidem pluribus uerbis, quam deceat, alij uero exſiliter admodum ſcribunt: & utrique modum non ſeruant quemadmodum qui ad ſcopum iaculantur, ſiue infra mittunt, ſiue ſupra: errare enim aequale eſt, licet a contrarijs fiat. eſt autem epiſtolarum modus ipſa res: cum neque pluribus uerbis, ubi non multae ſunt res, ſcribendum ſit; neque paucioribus, ubi multae. quid enim oportet uel Perſica ſchoeno, uel puerilibus cubitis ſapientiam metiri, atque ſic imperfecta ſcribere, ut nec ſcribere ſed imitari umbrarum meridianas, aut centrorum, in oculos incurrentes, quarum conſident longitudines, & obſcure potius, quam perſpicue, cernuntur, extremo aliquo ſignificatae: ſuntq. (quo modo appoſite dicam?) ſimilitudinum ſimilitudines. cum oporteat, qui utriuſque iniuſtam menſuram uelit euitare, iuſtam eum conſequi. De breuitate igitur haec ſtatuo. De perſpicuitate autem illud conſtat, oportere, qui elaboratum uitet, quantum oporteat, magis ad id, quod communius eſt inclinare. &, ut complectar paucis, optima eſt & pulcherrima epiſtola, quae tum indoctum, tum etiam eruditum perſuadere poßit; indoctum, ut ad multitudinem ſcripta; eruditum, ut multitudinis captum

tum

tum ſuperans. item, quae ſua ſponte intelligitur. aeque enim abſurdum eſt, & griphos conſiderare, & epiſtolam interpretari. Tertium eſt epiſtolarum gratia. hanc porro ſeruabimus, ſi neque ſicca prorſus, & inuenuſta ſcribamus, & illepida, & inornata, & inculta, quod dicitur, ut ſine ſententijs, & prouerbijs, & dictis, & ſalibus, & reconditis iocis, quibus ſermo conditur; neque ualde his abuſi eſſe uideamur. alterum enim agreſte, alterum uero cum ſatietate. Haec autem eatenus utenda, quatenus & purpuris in textilibus. figuras autem recipiemus quidem & paucas, & has non impudenter. antitheta uero & aequalia, & ſimiliter deſinentia rhetoribus dimittemus. ſicubi autem aſſumamus, tamquam iocantes potius hoc faciamus, quam ſerio agentes. Summa haec eſt: quod ab eloquente quodam homine de aquila accepi, cum diceret: Quo tempore aues de principatu diſceptabant, & aliae aliter exornatae uenerunt, in aquila formoſiſſimum id fuiſſe, quod nihil formoſum eſſe putaretur. hoc & in epiſtolis maxime obſeruandum, ut minime ſint elaboratae: quod proxime ad naturam accedit. Haec tibi de epiſtolis, tamquam per epiſtolam, a nobis: nec fortaſſe nobis conuenienter, qui maiora curamus. Reliqua uero & ipſe tibi tuo ſtudio comparabis, cum ingenio ualeas & docebunt ij, qui hoc ſcientiae genere excellunt.

PRouerbia non excludit, ſed crebra non probat quod Ciceroni quoque placuit: itaque paucis utitur. at Demetrius, Κάλλος, inquit, ἐπιστολῆς πυκναὶ παροιμίαι· δημοτικὸν γάρ ἐστιν ἡ παροιμία, καὶ κοινόν. Ego ſeruo, & ſeruabo Gregorij documentum, ut prouerbijs neque umquam, neque ſaepe utar: accedente praeſertim Ciceronis exemplo quem cum lego, nullius rhetoris praecepta deſidero.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος, καὶ περὶ αὐτοῦ λέξομεν. Ἀρτέμων μὲν οὖν, ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς, φησίν, ὅτι δεῖ ἐν αὐτῷ τρόπῳ, διάλογόν τε γράφειν, καὶ ἐπιστολάς· εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολήν, οἷον τὸ ἕτερον μέρος, τοῦ διαλόγου. καὶ λέγει μέν τι ἴσως. οὐ μὴν ἅπαν: δεῖ γὰρ ὑποκατεσκευάσθαι πως μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὴν ἐπιστολήν: ὁ μὲν γάρ, μιμεῖται αὐτοσχεδιάζοντα: ἡ δέ, γράφεται καὶ δῶρον πέμπεται τρόπον τινα. τίς γοῦν οὕτως ἂν διαλεχθῇ πρὸς φίλον, ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τοῦ φυγάδος γράφων τοῦ γέροντος, φησίν; Εἰ δὲ πρὸς ἁπάσας οἴχεται τὰς φυγὰς οὗτος, ὥστε μὴ κατάγειν, δῆλον ὡς τοῖς γε εἰς ᾅδου κατελθεῖν βουλομένοις, οὐδεὶς φθόνος; ὁ γὰρ οὕτω διαλεγόμενος, ἐπιδεικνυμένῳ ἔοικε μᾶλλον, οὐ λαλοῦντι. καὶ λύσεις συχναί, ὁποῖαι, οὐ πρέπουσιν ἐπιστολαῖς: ἀσαφὲς γὰρ ἐν γραφῇ ἡ λύσις. καὶ τὸ μιμητικόν, οὐ γραφῆς οὕτως οἰκεῖον, ὡς ἀγῶνος· οἷον ὡς ἐν τῷ Εὐθυδήμῳ. Τίς ἦν, ὦ Σώκρατες, ᾧ χθὲς ἐν Λυκείῳ διελέγου; ἦ πολὺς ὑμᾶς ὄχλος περιειστήκει. καὶ μικρὸν προελθὼν ἐπιφέρει. Ἀλλά μοι ξένος τις φαίνεται εἶναι ᾧ διελέγου, τίς ἦν. ἡ γὰρ τοιαύτη πᾶσα ἑρμηνεία. καὶ μίμησις ὑποκριτῇ πρέπει μᾶλλον, οὐ γραφομέναις ἐπιστολαῖς. πλεῖστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολή, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος: σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς ἰδεῖν τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος ἐξ οὐδενὸς δὲ οὕτως, ὡς ἐπιστολῆς. τὸ δὲ μέγεθος συνεστάλθω τῆς ἐπιστολῆς, ὥσπερ καὶ ἡ λέξις. αἱ δὲ ἄγαν μακραὶ καὶ προσέτι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ὀγκωδέστεραι οὐ μὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπιστολαὶ γένοιντο ἄν, ἀλλὰ συγγράμματα, τὸ χαίρειν ἔχοντα προσγεγραμμένον. καθάπερ τὰ Πλάτωνος πολλά, καὶ ἡ Θουκυδίδου. καὶ τῇ συντάξει μέν τοι λελύσθω μᾶλλον: γελοῖον γὰρ περιοδεύειν, ὥσπερ οὐκ ἐπιστολήν, ἀλλὰ δίκην γράφοντα, καὶ οὐδὲ γελοῖον μόνον, ἀλλ' οὐδὲ φιλικόν: τὸ γὰρ δὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, τὰ σῦκα, σῦκα, λεγόμενον, ἐπιστολαῖς ταῦτα ἐπιτηδεύειν. εἰδέ-

μαι

ναι δὲ χρὴ, ὅτι οὐχ ἑρμηνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματα τινὰ ἐπιςολικά ἐςιν. Ἀριςοτέλης γοῦν, ὃς μάλιςα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τοῦ τύπου ἐπιςολικοῦ. Τοῦτο δὲ οὐ γράφω σοι, φησίν· οὐ γὰρ ἦν ἐπιςολικόν· εἰ γάρ τις ἐν ἐπιςολῇ σοφίσματα γράφει, καὶ φυσιολογίας, γράφει μὲν, οὐ μὴν ἐπιςολὴν γράφει· φιλοφρόνησις γάρ τις βούλεται εἶναι ἡ ἐπιςολὴ, σύντομος, καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις, καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς. κάλλος μέντοι αὐτῆς αἵτε φιλικαὶ φιλοφρονήσεις, καὶ πυκναὶ παροιμίαι ἐνοῦσαι. καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνέςω αὐτῇ σοφὸν: διότι δημοτικόν τι ἐςιν ἡ παροιμία καὶ κοινόν: ὁ δὲ, γνωμολογῶν, καὶ προτρεπόμενος, οὐ δι' ἐπιςολῆς ἔτι λαλοῦντι ἔοικεν, ἀλλὰ μηχανῆς. Ἀριςοτέλης μέντοι καὶ ἀποδείξεσί που χρῆται ἐπιςολικῶς: οἷον διδάξαι βουλόμενος, ὅτι ὁμοίως χρὴ εὐεργετεῖν τὰς μεγάλας πόλεις, καὶ τὰς μικράς, φησίν. οἱ γὰρ θεοὶ ἐν ἀμφοτέραις ἴσοι· ὥστ' ἐπεὶ αἱ χάριτες θεαὶ, ἴσαι ἀποκείσονταί σοι παρ' ἀμφοτέραις. καὶ γὰρ τὸ ἀποδεικνύμενον αὐτὸ ἐπιςολικὸν, καὶ ἡ ἀπόδειξις αὐτή. ἐπεὶ δὲ καὶ πόλεσί ποτε, καὶ βασιλεῦσι γράφομεν, ἔςωσαν τοιαῦται αἱ ἐπιςολαὶ, μικρὸν ἐξηρμέναι πως: ςοχαςέον γὰρ καὶ τοῦ προσώπου, ᾧ γράφεται. ἐξηρμένη μέντοι καὶ οὐχ ὥςε σύγγραμμα εἶναι ἀντ' ἐπιςολῆς, ὥσπερ αἱ Ἀριςοτέλους πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ πρὸς τοὺς Δίωνος οἰκείους ἡ Πλάτωνος. καθόλου δὲ μεμίχθω ἡ ἐπιςολὴ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐκ δυοῖν χαρακτήροιν τούτοιν, τοῦ τε χαρίεντος καὶ τοῦ ἰσχνοῦ. Καὶ περὶ ἐπιςολῆς μὲν τοσαῦτα, καὶ ἅμα περὶ χαρακτῆρος τοῦ ἰσχνοῦ.

EPISTOLARVM *character cum exſilitate indigeat, & de ipſo dicemus. Artemo igitur, qui Ariſtotelis epiſtolas collegit, ac in lucem protulit, eodem modo dialogum, & epiſtolas oportere ſcribere aſſerit: eo quod epiſtola fere tamquam altera dialogi pars, non tamen omnis eſſe uideatur. Nihilo ſecius opus eſt epiſtolam magis quam dialogum exornare. nã hic, inconſiderate, ac improuide facientẽ imitatur; illa uero ſcribitur, & quodam modo dono mittitur. Quis enim, ad amicũ litteras dans, eo dicendi genere utatur, quo Ariſtoteles ad Antipatrum, de quodã ſene extorre ſcribens, utitur? dum inquit*
„ Si hic autem ad omnia abijt exſilia, adeo ut in patriam ullo pacto reduci, reuocariq. nõ poſſit; perſpicuum eſt, neminem ad inferos deſcendere uolentibus inuidere. Nam, qui ita ſermocinatur, demonſtranti potius, quam loquenti, ſimilis eſſe uidetur: & ſolutiones tantopere exſiles ſunt, ut epiſtolis nequaquam congruant. Solutio etenim in ſcriptione eſt res perobſcura. Et illud ſane, quod ad imitandum pertinet, non eſt tam ſcriptionis, quam certaminis proprium, ac peculiare, ueluti
„ in Euthydemo: Quis nam ille erat, o Socrates, qui cum heri in Lycio diſputabas? frequens profecto turba circumſtabat. Et paullulum procedens, infert: At mihi peregrinus uidebatur. deinde cum quo diſputabas, quiſnam erat? Omnis enim eiuſmodi

modi elocutio,et imitatio,hiſtrionem magis,quã epiſtolas ſcribentem,decet. Plurimum etiam moralitatis contineat epiſtola, quemadmodum & dialogus.nam quilibet imaginem ſui prope ipſius animi,ſcribit epiſtolam. Et ex alio quidem dicendi genere,licet etiam ſcribentis morem,ſeu ingenij indolem omnino cognoſcere, ſed ex nullo alio magis, & melius,quam ex epiſtola. Magnitudo autem epiſtolae, ueluti & elocutio, contrahatur: Nam,quae ſunt nimis longae,& ad haec per locutionem tumidiores efficiuntur: quae profecto re uera epiſtolae non ſunt, at opera potius,epiſtolae inſcriptionem,Saluere,habentia. quemadmodum Platonis, & Thucydidis plurima. Verum conſtructione nimirum magis diſſoluatur. Nam per periodos ire,tamquam non epiſtolam, ſed iudicium ſcribentem, ſupra quam dici poßit,ridiculum eſt; & non ſolum ridiculum,ſed & amicitiae nequaquam conueniens. In ſcribendis enim epiſtolis,illud,quod in prouerbio dicitur, Ficus ficus,ſectari, ac comminiſci oportet. Inſuper ſcire itidem opus eſt, quod non ſolum elocutio, uerum etiam res quaedam ſunt epiſtolarum propriae. Itaque Ariſtoteles id,quod epiſtolis conuenit,earumq. proprium eſt,uidetur maxime conſecutus eſſe. Nõ enim,inquit,hoc tibi ſcribo;eo quod epiſtolae non congrueret.nam,ſi quiſpiam ſophiſmata, & de natura diſputationes, epiſtola complecteretur,ſcriberet quidem, ſed epiſtolam nequaquam. In epiſtola enim quae breuis, & de re

ſimplici narratio eße debet, & ſimplicibus nominibus confici, comitas quaedam requiritur, atque feſtiuitas. Pulchritudo autē ipſius eſt, amica benignitas: ac, ſi frequētia in ea fuerint prouerbia, hoc plane ſcitum, cum ſit commune, & uulgo ſatisfaciat, ſolum inſit epiſtolae. Qui uero ſententias, & cohortationes ſcribit, non per epiſtolam ſed per artificium, & machinationem loquenti ſimilis admodum uidetur. Ariſtoteles ſane & demonſtrationibus in modum ferme epiſtolae utitur. ſicut cum uult docere; ſimiliter magnis, & paruis ciuitatibus benefaciendum eße, inquit:

» *Dii utique in ambabus aequales ſunt. igitur quādo duae gratiae aequales ſunt, & apud ambas tibi reſidebunt, ambas beneficio oportet afficere.*

Etenim, quod ab ipſo demonſtratum eſt, & demōſtratio ipſa, epiſtolarum eſt propria. Et, quoniam ad ciuitates aliquando, interdum ad reges ſcribimus, eiuſmodi epiſtolae ſint etiam aliquo modo parum eleuatae. Conſideranda item eſt perſona, cui ſcribitur, ut eleuata ſit epiſtola, ſi opus eſt, non tamen pro epiſtola uolumen ſcribatur: quemadmodum Ariſtotelis ad Alexādrum epiſtolae, & ad Dionis familiares Platonis epiſtola. Vniuerſae autem ex his duobus characteribus per elocutionem commiſceantur epiſtolae; ex urbano ſcilicet, & exſili. Et de epiſtola quidem, & de tenui ſimul charactere, haec dicta ſufficiant

CODI-

C ODICILLORVM *uſus antiquiſſimus fuit iam ante chartam inuentam. itaq. ſcripſit Homerus Il.lib. 2. pag. 66. Bellerophonti in Lycia codicillos eſſe datos. quo argumento, nondum eo tempore inuentam eſſe chartam, Plinius lib.* XIII. *cap.* 13. *probare conatur. etſi aliter ſentire uideatur eiuſdem libri cap.* XI. *qui chartam Alexandri Magni uictoria repertam, condita in Aegypto Alexandria, ſcribit. Codicilli autem, dicti a Caudicibus, ideſt, arborum libris: plures enim ligneae tabellae glutino iungebãtur, item ut iunguntur hodie noſtrates libri, Sed ante, quam in arborum libris, palmarum in folijs eſſe ſcriptum, idem Plinius auctor eſt, eodem libro, & eodem cap. & haec ſubiungit: Publica poſtea monumenta plumbeis uoluminibus, mox & priuata linteis confici coepta, aut ceris, pugillariũ enim uſum fuiſſe, etiam ante Troiana tempora, inuenimus apud Homerum. Quibus uerbis Pugillaria ſignificat codicillos eſſe, ideſt, tabellas cera illitas, in quibus pungendo, ſtylo impreſſo, ſcriberetur: unde Pugillaris nomen. Verum etſi ante chartam fuere, poſt eandem tamen inuentam manſere Codicilli, commodi ſcilicet cauſſa: quoniam, ubi charta, & atramentum non adeſſet, ut in itinere, in cena, in ſenatu, Codicilli, ſtylo ſcripti, mittebantur. itaque Cicero, Fam. ep.* 18. *lib.* VI. *Quaeſiui, inquit, e Balbo, per codicillos quid eſſet in lege. & Sulpicius, ep.* 12. *lib.* IV. *Puer Acidini mihi obuiam uenit, cum codicillis*

Interdum ipſi codicilli non mittebantur, ſed ſcribebatur in iis, quod in chartam deinde trāslatum mitteretur. propterea, Harum exemplum in codicillis exaraui, ait Cicero, lib. IX *Fam. ep. ult.*

NON

NON eodē mō libri apud ueteres, et epiſtolae ſcribebātur. libri.n. pluribus paginis cōſcripti, circa lignum, aut aliquid oſſeum, ut ait Porphyrio, uel corneum, teretis formae, inuoluebantur. id appellabant Vmbilicum: quod, ut umbilicus in medio uentre, item illud, libro iam circa inuoluto, medium. extremae partes a ſimilitudine uocabantur Cornua, ut multis poetarum exemplis intelligitur. Epiſtolae autē nec ſemper una, pluribus ue, ſed modo una, modo pluribus conſcribebantur paginis; nec inuoluebantur, ſed complicabantur. complicatis, linoq. traiectis, qui mercatorum hodie mos eſt, anulus imprimebatur. Obiicietur illud, ex epiſt. 7. lib. III. Fam. Appiani mihi uolumen a te reddiderunt. quod de una epiſtola dictum eſſe, eo conſtat, quia ſequitur, Eadem epiſtola petebas. Sed, Volumen, dixit Cicero non de inuoluta epiſtola, ſed de longiſſima, quae uoluminis inſtar eſſet. Quod ſi epiſtolas conſeruari opus eſſet; alia ratio erat. tunc enim non complicabantur, ſed inuoluebantur; quotq. epiſtolarum libri, tot uolumina fiebant. unde illud ad Tironem epiſt. 17. lib. XVI. Video, quid agas: tuas quoque epiſtolas uis referam in uolumina. Et ad Atticum, epiſtol. 30. lib. XII. Euolui uolumen epiſtolarum tuarum. Ad Cornificium autem, epiſtola ultima lib. XII. cum ſcripſit, Non te epiſtolis, ſed uoluminibus, laceſſerem: non de multis epiſtolis dixit, ſed de longiſſimis, quae uolumen ſingulae conficere poſſe uiderentur. Plinius etiam

ſingu-

ſingulos hiſtoriae ſuae libros Volumina appellat lib. XIIX.*cap.3.cap.25.cap.26.cap.32.Nunc dicendum aliquid eſt de pagellis epiſtolarum. Latitudo non omnium eadem erat: quod Plinij teſtimonio comprobatur: qui lib.* XIII.*cap.13.maximam latitudinem ait fuiſſe tredecim digitorum. id Cicero ipſe Fam.ep.13.lib.* 11.*ad Coelium ſignificat. ait enim: Extrema pagella pupugit me tuo chirographo: cum tamen eae Coelij litterae, quibus Cicero reſpondet, quarum lib.*IIX.*initium eſt, Non dubito, ſatis longae ſint. Idem lib.* XII.*epiſt.25.ad Brutum, dixit in extremo Altera iam pagella procedit: nec tamen tota illa epiſtola, quam non ceperat unica pagella, quartam illius Coelianae partem aequat. ergo haec, qua ſcripſit Cicero ad Brutum, anguſta pagina, illa uero latior, qua Coelius ad Ciceronem. Quaeri etiam poteſt ab una tantum parte, an utrimque ſcriberentur epiſtolarum, & librorum paginae. Vtrimque non puto. quod uel unico illius ad Brutum epiſtolae argumento cognoſcitur, cuius proxime facta mentio eſt. nam, ſi anguſtam eam pagellam fuiſſe conſtat, quae tantulam epiſtolam non ceperit: quanto anguſtiorem fuiſſe neceſſe eſſet, quae utrimque ſcripta tamen non ſufficeret?*

Quinct.

ESt ante omnia oratio alia iuncta, atq. contexta, ſoluta alia, qualis in ſermone, & epiſtolis, niſi cum aliquid ſupra naturam ſuam tractant, ut de philoſophia, de rep. ſimilibusque. Quod non eo dico, quia non illud quoque ſolutum habeat ſuos quoſdam, & forſan difficiliores etiam pedes. neq. enim aut hiare ſemper uocalibus, aut deſtitui temporibus uolunt ſermo, & epiſtola, ſed non fluunt nec cohaerent, nec uerba de uerbis trahunt; ut potius laxiora in his uincula, quam nulla, ſint.

D.Hier.ep.42.ad Niceam

TVRPILIVS,*Comicus, tractans de uiciſſitudine litterarum, ſola,inquit,res eſt,quae homines abſentes praeſentes facit*

Ibidem

RVDES *illi Italiae homines, quos Caſcos Ennius appellat,qui ſibi,ut in Rhetoricis ait Cicero, ritu ferino uictum quaerebant,ante Chartae, & Membranarũ, uſum,aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arborum, mutua epiſtolarum alloquia miſsitabant. unde & Portitores earum Tabellarios; & ſcriptores, a libris arborum Librarios uocauere.*

Cicero Fam.lib.11.ep.4.

EPISTOLARVM *genera multa eſſe non ignoras,ſed unum illud certiſsimum, cuius cauſſa inuenta res ipſa eſt, ut certiores faceremus abſentes, ſi quid eſſet,quod eos ſcire,aut noſtra, aut ipſorum intereſset. reliqua ſunt epiſtolarum genera duo,quae me magnopere delectant. unum, familiare, & iocoſum; alterum, ſeuerum,& graue.*

Libri di ſtampa d'Aldo, che ſi trouano al preſente.

Armandi Belouiſij Declaratio difficilium terminorum Theologiæ, Philoſoph. atque Log.	L 1	ſ. 10
Aſconij Pediani Comment. in Orat. M.T.C. 8.	L	ſ. 15
Aminta fauola Boſcareccia di Torquato Taſſo cõ Figure, 12.	L	ſ. 6
Betta in 4. con figure.	L 1	ſ.
Andrea Bacci, dell'vſo, & bontà dell'acque, & modo di beuer freſco, 4.	L 2	ſ. 10
Agricoltura nuoua, & Caſa di Villa di Carlo Stefano, 4.	L 4	ſ.
Aggiunta alle Rime, & Proſe del Taſſo, con il ſuo ritratto, 12.	L	ſ. 8
Breuiarium Romanum, in 8. Roma	L 3	ſ. 10
Comedia Straccioni del Commendator Annibal Caro, 12.	L	ſ. 6
Agnella di Carlo Turchi, 8.	L	ſ. 8
Catechiſmo Latino con figure, 8.	L 2	ſ.
Idem Volgare figurato, in 8.	L 2	ſ.
Comment. Cæſaris cum ſcholijs, & additionibus Aldi Iunioris, 8. nouo.	L 3	ſ.
Cenſorinus de die Natali, ab Aldo Manutio Iuniore emendatus, 8.	L	ſ. 12
Concilium Tridentinum cum figuris 8.	L 1	ſ. 8
De Perfectione hominum, Philippi Mocenici, fol.	L 7	ſ.
De Faſcino D. Leonardo Vairo Beneuen. in 8. nouo.	L 1	ſ. 4
De Natura Dęmonũ, Io. Laurentij Ananiæ, 8. nuouo.	L	ſ. 15
De Quæſitis per Epiſtolam, Aldi Iunioris, 8.	L 1	ſ. 4
De Senatu, & Antiquitatum Romanarum, Pauli Manutij, in 4.	L 1	ſ. 4
Diſcorſi della Penitenza ſopra i Sette Salmi di Nicolò Vitodi Gozze figurato, in 8. nuouo.	L 2	ſ.
Diſcorſo di Coſmografia, 8.	L	ſ. 4
Epitome orrographia, Aldi Iunioris, fl.	L 1	ſ.
Epitome Innouationis Anni, Pauli Clarantis, 4.	L	ſ. 8
Epiſtolæ Pauli Manutij, 8. nuoue.	L 2	ſ.
Epiſt. M.T.C. Fam. cum P. Manutij Cõmen. f. nuoue.	L 10	ſ. 10
Idem ad T. Pomponium Atticum, cum P. Manutij Commen. fol.	L 9	ſ. 6
Familiar Latine con tauole nuoue.	L 2	ſ. 10
Eſſame dell'ingegno dell'huomo per apprender le Scienze, con tauola, 8.	L 1	ſ. 10
Eleganze inſieme con la Copia della lingua Toſcana e Latina, d'Aldo Giouane. 16.	L 1	ſ. 4

Forno ouero trattato della Nobiltà, di Torquato
Taſſo, 12. L ſ. 10
Germani Audberti Venetiae, 4. L 2 ſ.
Gouerno della Famiglia di Nicolò Vito di Gozze,
8. nuouo. L ſ. 10
Herculis Ciofani Commen. in Ouidij Metamor. 8. L 1 ſ.
Lucæ Pæti de Menſuris, & Ponderib. in f. con figure. L 1 ſ. 10
Locutioni dell'Epiſt. Fã. ſcielte da Aldo Giouane, 16. L 1 ſ. 4
Letrere Facete, piaceuoli di diuerſi Auttori primo,
& ſecondo libro, 8. L 3 ſ. 10
Modi famigliari di dire, ſcielti da Aldo Giouane, 8. L 1 ſ. 4
Noua Diſciplina, & vera arte militare del Brancac-
cio, f. L 3 ſ. 10
Opera Cardinalis Contareni, fol. L 9 ſ.
Orationes M. T. C. Pauli Manutij Comment. pri-
mo, ſecondo, & terzo tomo, fol. L 18 ſ. 12
Ortographia Manutiana in tauole nuoua. L ſ. 6
Officio Romano con 45. Imagine in rame, in 12. L 7 ſ.
Oſſeruatione intorno alle Bellezze della lingua La-
tina, in 16. nuoue. L 1 ſ. 10
Oracoli Politici, 8. noui. L ſ. 15
Opera Ciceronis cum nouis Manutiorum Comm.
X. volumi, fol. L 62 ſ.
Orationes M. Antonij Mureti, 8. L 1 ſ. 4
Off. M. T. C. cũ Aldi Manutij Iunioris Comment. f. L 4 ſ. 10
Progymnaſmata Latinitatis Iacobi Pontani de ſo
cietate Ieſu, 8. L 1 ſ. 4
Padre di Famiglia, di Torquato Taſſo, 12. L ſ. 6
Philoſophia M. T. C. Aldi Manutij Iun. Comment. f. L 9 ſ. 6
Quæſtiones Grãmaticales, Nicodemo Friſchlino, 8. L 1 ſ. 10
inaldo Innamorato di Torquato Taſſo con figu-
re, & tauole, 12. L ſ. 15
Rhetorica M. T. C. cum Aldi Manutij Iun. Comm. f. L 18 ſ. 12
Rime, & Proſe di Torquato Taſſo, con figure, pri-
ma, & ſeconda parte, 12. L 3 ſ.
Rime Amoroſe di Sauino Bobali ſordo, 4. nuoue. L 1 ſ. 10
Strigilis Grammatica Nicodemo Friſchlino. 8. L ſ. 10
Republica Venetorum Gaſparis Contareni in 4. L 1 ſ.
Trattato della Demonomania, ouero Streghe, di Io.
Bodino in 4. nuoua. L 4 ſ.
Tragedia Caleſtri di Carlo Turchi, 8. L ſ. 8
Viciſſitudine, ò Mutabile Varietà delle coſe nel-
l'vniuerſo volgar. 4. L 2 ſ. 10
Virgilio con Annotationi, & Tauole, 8. L 3 ſ. 10
Vitæ Sanctorũ, Surij, & Lipomani, f. cõpite. VI. vol. L 49 ſ. 12
Vanità del mondo, Laurentio Giuſtiniano, 4. L 1 ſ. 15
Vita Coſimo Medici, ſcritta da Aldo Giouane, fol. L 6 ſ. 4

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE